


Vers. Adiuua me Dñe Deus meus
Res. Saluum me fac secũdum mi
sericordiam tuam. In laud. Añ.

lorum amen.



Benigne fac in bo na volun



tate tu a Domi ne. Psal. Miserere

Secu-

yporlapresente damos licẽcia yfacultad-
aqual quier impressordenuestros Reynos
para que pueda imprimir eldicho librosin
que porello cayga ni incurra ẽpena algũa
con que despues de impresso no sepueda
venderni venda sinque primero se trayga
al nuestro consejo juntamente conel ori-
ginal q̃en else vio: q̃ va rubricado de Pe-
dro del Marmol nuestro escriuano deCa
mara delos q̃ residen enel nuestro cõsejo
para que se vea si la dicha imprision esta
conforme al original y se os de licẽcia pa
lo poder vender y se tasse el precio q̃ por
cada volumen ouieredes de auer sopena
de caer y incurrir en las penas contenidas
en la dicha pregmatica y leyes đ nuestros
Reynos, Dada en Madrid a veynte y tres
dias del mes đ mayo de.1565. Años El Do
ctor Diego Gasca. El Licẽciado Xaraua.
El Doctor Suarezđ Toledo. El licẽciado
Fuen Mayor. El Licenciado Iuã thomas
yo Pedro del Marmol escriuano de Ca-
mara de su catholica Magestad la fize es-
creuir por su mandado con acuerdo delos
de suConsejo Registrada Martin de Ver
gara. Martin de Vergara por Chanciller.

EL REY.

POR quanto por parte deuos El Maestro ferna Catredatico dela Cidad de Toledo nos fue hecha relacion que uos auiades conpuesto un libro in titulado Expoſiciones ſobre el ſegundo quarto y quĩto libro de Antonio de nebrixa las quales auian ſido preſſentadas enel nueſtro Conſejo y porſer vtiles y neceſarias ſeos auiadado licencia para las inprimir y nos ſuplicauades os mãdaſemos dar priuilegio para que ninguna perſona đ nueſtros Reynos lo pudieſſe imprimir ni uender ſin uueſtra licencia por el tiempo q̃ fueſemos ſeruidos o como la nueſtra merced fueſe y visto porlos del nueſtro Conſejo y como por ſu mandado ſe hizieron las diligẽcias q̃ la premagtica pornos hecha ſobre la inpreſiõ de los Libros dispone por os hazer bien y merced fue açordado q̃ deuiamos mãdar dãr eſta nueſtra cedula para vos enla dicha razon y porla preſete vos damos licencia y facultad para q̃ por tiempo de ſeys años primeros ſiguientes que corran y

ſe

ſe cuenten des de el diadeladata desta nu
eſtra cedula en a delāte vos ola personaq̄
vueſtro poder oviere podais inprimir yuē
der eldicho libro que deſuſo ſe haze men
cion ymandamos que dentro del dicho ti
empo perſona al gunaſin vueſtra licencia
no lo pue da inprimir niuender ſopena q̄
elque loven diere oyn̄primiere aya perdi
do ypierda quales quier Libros que ovie
re impreſſo ytraydo avender aeſtos nueſ
tros Reynos y los moldes conque ſe impri
mieren ymandamos q̄ podais vender ca-
dacuerpo de los dichos Libros que ſeim-
primieren atreinta y quatro marauedis-
ymā damos alos del nueſtro Conſejo Pre
ſidētes y Oydores delas nueſtras Audiēci
as Alcaldes alguaziles de la nueſtra caſa
corte ychancillerias yatodos los Corregi
dores Aſſis tente Governadores Alcaldes
mayores yordinarios yotras justicias yju
ezes quales quier detodas las Cidades-
villas ilugares delos nues tros Reynos yſe
ñorios aſſialosqueagora ſon como losq̄ſe
ran deaqui adelante q̄ vos guarden icum
plan eſta nueſtra cedula ymerced q̄ vos-

hazemos ycontra el t enor yforma dellavos no uayan nipassẽ ni consientan yr ni passar por alguna maneraso pena delanuestra mercedyde diez milmaravedis para la nuestra camarafecha en el bosq̃ deSegovia anueve dias delmes deSetienbrede Mil yquinientos ysesenta ycincoaños.

Yo el Rey.
Por mandado de suMagestad
Pedro de Hoyo

Perillustri Cancellario bonarum literarum Assertori, & in vtroq; Iure Doctori, Domino Bernardino de Sandoual, Magister Blasius Serna Fœlicitatem in Domino.

*

MEMORIA teneo, Cancellarie amplissime, huius Academiæ Toletanæ præclarum ornamentum, te sæpe numero mecum egisse: vt quandam Grãmatices Methodum concinnarem, qua breuiori compendio, tenera puerorum ætas institui posset: & vberiorem minore labore prouentum facere. Quam exiguum mihi negotium facessuram esse dicebas: quãdoquidem non paucos annos in hac arte profitenda contriuissem. Ego verò è vestigio respondi, minime mihi vacare: cùm, quia publico legẽdi munere, & rerum domesticarum administratione distrĩgebar: tùm etiam, quoniam tot Methodi à viris doctis conscriptæ circumferebãtur: vt penè numero discipulos æquare viderentur

viderentur. Et quò magis Prouintiam à me depellebam: eò ardentiùs iniūgebas. Postremò eò res rediјt: cum ego tantopere obsisterem, vt saltem librum Secudum, & Quintum, à doctissimo Antonio carmine conscriptos, quám breuissima solutæ orationis expositione donarem. Identidemque Quartum eiusdem volumen (inquo de Syntaxi partium orationis agitur) indilucidam Epitomē redigerem: nec puerorum rudimentis, quæ in libro primo continentur, quicquam adderem, aut detraherem. Itaq̄ effeci, non quò puitem hoc opusculo, quod tàm ex Grāmaticis antiquis, quàm iunioribus collegi, aliquid gloriæ prouenturum: sed potiùs, ut tibi meo Patrono singulari morem gererem. Reliqum est igitur Cancellarie vndequaque integerrime, vt munusculum nostrum tuo nomini dicatum, eo animo excipias: quo abs te demādatum suscepi: & sub tua tutela defēdas. Quod si facis (vt spero) non dubito, quin maleuolorum, & inuidentium obtrectationes contemnat: si tuo eruditissimo iudicio faciat

satis

atis. Vale,&diutius viue. Toleti, idibus Decembris. ANNO 1564.

Decaſtichon extemporaneum per Ludouicum Menenſem de Auendaño Ad Lectorem.

DIſcere qui penitus linguæ rudimenta latinæ
Quæris,& exuno dogmata vera ſequi:
Hunc lege,& è multis lectum tibi ſume libellum,
Quē Blaſij Sernæ dat ꝑperata manus.
Cedat Ariſtarchus, cedat vetus ille Palæmon:
Hic primas cunctos inter vbiq; tenet.
Eſt illi grauitas,probitas,& lectio multa;
Quæq; decēt artes, condecorātq; virū.
Vrbe Toletana qui nūc informat alūnos
Et pendit patriæ munera grata ſuæ.

Magiſtri Blaſij Sernæ Toletani, & in toleti Academia Grãmaticæ profeſſoris. Perbreues, & vtiles expoſitiones de Genere Nominum.

GENERA nominum tribus cognoſcuntur modis. Primo, ſignificatione, vt Blaſius eſt maſculini generis quia uirũ ſignificat. ſecũdo, terminatione, vt Nauis eſt fœminini generis, quoniam terminatur in .is. Tertio, Autorum vsu, vt Talpa aliquando eſt maſculini generis, quia Vergilus dixit. Talpæ oculis capti. ſed primus modus diſcitur per generales præceptiones. ſecundus per ſpeciales. Tertius ex doctiſsimorum Autorum lectione.

De Regulis generalibus

Prima præceptio

Omne

Omne nomen proprium, siué appellatiuum, cuius significatio soli mari cõuenit, generis est masculini: vt Antonius, Pater. Et cuius significatum soli fœminæ cõuenit, generis est fœminini, vt Maria, Soror. Sed hæc neutra excipiuntur, Mancipium, Seruitium, Scortum, Prostibulum. Terentius. Quid videtur tibi hoc mancipium?

¶ Secunda præceptio.

Nomina deorum antiquitatis propria, Ventorum, & Angelorum, sũt masculini generis, vt Mercurius, Boreas, Gabriel. Item Demoniorum, Mensium, atque Fluuiorum, vt Sathanas, Aprilis. Tagus. Sed aliquãdo nomen Fluuij, sub alio genere inuenies, quòd intelligitur Aqua vel Flumẽ, vt apud Ouidinm. Albula pota deo. Et apud Lucanum. Tepidum Iader.

¶ Tertia præcepcio.

NOmina Dearum propria, nouem musarum, Nympharum, trium Parcarum, sunt generis fœminini, vt Minerua, Calliopê, Nais, Atropos. ¶ Item trium

um Gratiarum, Furiarũ, Insularum, & Nauium, vt Aglaia, Megæra, Andros, Argo. ¶Item Oppidorũ, Regionũ, Poematũ atque arborũ: vt Hispalis, Italia, Eunuchus, Laurus. Excipiũtur tamẽ hæc nomina Arborũ masculina Rubus, Dumus, Oleaster. Et hæc neutra, Siler, Robur, Suber, Laburnũ, & Acer. Plinius. Acer cãpestre. Sed aduertere oportet Vrbium nomina, aliquãdo regulam terminationis sub utroq; numero sequi. Ouidius. Sulmo mihi patria est: gelidis vberrimus ũdis

Quarta præceptio.

NOmen simplex, vel compositum quod sub vna voce Marem, & Fœminam significat, commune est duorum, vt Hospes, Coniux, Agricola, quod interdum æquiualet Adiectiuo: vt Vber Terra. Vergilius. Degeneres animos timor arguit.

¶Quinta præceptio.

NOmina Auium, Ferarũ, & Pisciũ, sũt generis Epicæni, id est, Promiscui- quia cum articulo hic, vel hæc, significãt animalia vtriusque sexus, qui non facile discerni potest, vt Accipiter, Tygris, Mu

rena

rena. Vbi annotādū est, articulos fermè his nominibus exterminatiōe addi, vt hic Miluus, hæc Aquila. Quædam tamen du biè prolata inueniuntur, qualia sunt, Tal pa, Bubo, Dama, & Panthera.

Sexta præceptio.

OMne nomen Adiectiuum, Prono men. & Participium est omnis ge neris: vt Prudens, Nostras, Amatus, Ama ta, Amatum. ¶Septima præceptio:

INfinitiuus ꝓ nomine captus, Participi um, & Aduerbiū, est neutrigeneris, vt apud Persium. Scire tuū nihil est. Hoc cōtingens. Istud cras. ¶Item omne no mēSubstātiuū īuariabile cum dictione ꝓ voce capta: vt Nil, Fas, Gūmi, Petrus est-dissyllabū. ¶Vltima præceptio.

OMne nomen proprium literæ Græ cæ, & Latinæ, est neutrigeneris, vt - unū. I. Pulchrum. F. Longum. ſ. Quam uis proprium latinæ, aliquando fœmini- num inueniatur, vt hæc. A. Illa. D.

¶Peæceptiones speciales, De genere terminationis.

NOmen desinens in a. primæ declina tionis, est generis fœminini, vt Terra

Fenestra. Excipiũtur Adria pro sinu maris Adriatici & Popa ꝓ pinguedine ventris. Itẽ nomina, Latina, Quæ à nominibus Grecis desinentibus in .es. descendunt, vt Planeta, Cometa, quæ sunt generis masculini. At finita in .a. tertiæ declinationis omnia sunt neutra, & Græca: ut Poema, Poematis. Toreuma, Toreumatis.

NOmen, Latinum tertiæ Declinationis, quod desinit in .e. semper est neutrum, vt Mare, Maris. Monile, Monilis. Sed Græca primæ declinationis, fœminina sunt, vt Parasceuê, Paraceuês.

NOmina desinẽtia in .i. sunt neutri generis: vt Sinapi, Piperi, Gũmi, & omnia sũt sub hac terminatione indeclinabilia.

NOmina in .o. sunt masculina, vt Sermo, Sermonis. Vnio, Vnionis pro gẽma. Sed excipiuntur desinẽtia in .io. quæ non habent corpus, vt Lectio. onis. Accusatio. õis. quia sunt fœminina. At illa, quibus est corpus, ad generalem regulam referuntur: vt Papilio. is. Pugio. is. & similia. Præter hæc duo Cænatio, Portio, quibus additur Caro, quod desinit in .o.

¶ Item etiam terminatum in. do. vel in. go. vt Albedo, Albedinis. Farrago. nis: Hæc tamen sunt masculina, Ordo, Vdo, Cardo, Harpago, & Ligo, at Cardo, & Margo sunt generis ambigui.

NOmen in. u. quartæ Declinationis, indeclinabile in numero singulari & variatum in plurali, est neutrum: vt Cornu, Gelu, Veru.

NOmen finitum in. c. &. d. (quod admodum rarò extat in vsu) est neutri generis, vt Lac, Halec, Quid, Aliud. Eiusdem generis est pronomen, vt Hoc, Istud, Illud.

NOmina in. al. el. il. sunt neutra, vt Tribunal, Mel, Sil. Excipitur Sal, quod frequentiùs apud probatissimos quosque Autores inuenitur masculinum.

¶ In. ol. vnum inuenies, quod est Sol. is. & masculinum.

QVod exit in. um. appellatiuũ, & in. on. Græcũ secũdæ declinationis, est neutri generis, vt Consilium. ij. Idolon. i.

Præceptiones ſpeciales.

NOmen finitum in.an.in.&.on. Græcum maſculini generis eſt, vt Titan.is. Delphin.is. Canon.is. Hæc duo ſunt fœminina. Sindon, & Mecon.

NOmen in. en. eſt neutri generis, vt Agmen.is. Omen.is. Excipiuntur tamen hæc maſculina. Lichen, Ren, Splen, Lien, & Pecten, quod aliquãdo eſt neutrum: vt Seruius credidit, ſuper illud Vergilij. Iam pectine pulſat eburno. Sed non apertè probatur cum nomen adiectiuum non magis generi maſculino quam neutri conueniat.

IN. ar. neutra ſunt, vt Puluínar. aris. Torcular. aris. at par cum compoſitis. Compar, Impar, Diſpar, eſt omnis generis. Quod ſub diuerſa ſignificatione erit neutrum, vt par boũm emo.

IN. er. deſinẽtia ſunt maſculina, vt Venter. tris, Vter. tris. Hæc inuenies neutra Spinter, Iter, Ruder, vel Rudus, Laſer, Papauer, Ver, Piper, Siſer, Vber, pro Mamilla, Cadauer, Zinziber, atque Tuber, Linther tamen eſt fœmininum.

¶In. ir. maſculinum eſt, vt Treuir. Exci-

piuntur

piunur Hir, Pyr, Gadir. At Martyr cum composito Protomartyr interdum est cõmune duorum.

IN. or. finita sunt masculina, vt Timor. is. Dolor. is. Excipitur Arbor, vel Arbos fœmininum, atque hæc neutra Æquor, Cor, Ardor, & Marmor.

IN. ur. terminata sunt neutra, vt Ebur. oris. Guttur. uris. Masculinum est Furfur. uris. præcipuè in numero plurali.

IN. as. sunt generis fœminini, vt Grauitas, Monas, Decas. Masculina sunt As, Assis, & Græca Agras, & Tyaras. Sed Vas. is. tantum est neutrum, quod in Plurali Vasa, Vasorum declinatur.

QVod exit in. es. tertiæ & quintæ Declinationis est fœminini generis, vt Proles. is. Species. ei. Masculina sunt Limes, Pes, Termes, Fomes, Trames, Palmes, Gurges, Merges, Paries, Cespes, Stipes, Meridies, atque Dies pro tempore certo. Terentius. Nã hic dies dictus est nuptijs. Quod pro tempore, frequentissimè est fœmininum, & caret numero plurali. Tibullus. Longa dies homini, do-

cuit parere Leones, id eſt, lōgum temp us. ¶Item nomē Græcum primæ, vel tertiæ declinationis, vt Planetes. æ. Lebes. tis. Tapes. tis. Cacoëthes tamen, & Hippomanes, & Æs, Æris. ſemper ſunt neutra.

QVod exit in. is. eſt generis fœminini, vt Nauis, Clauis. Sed hæc ſunt Maſculina. Corbis, Faſcis, Axis, Collis, Callis, Menſis, Follis, Vectis, Enſis, Poſtis, Torris, Caulis, Lapis, Torquis, Orbis, Vnguis, Sanguis, Cucumis, Vomis, Puluis, Canalis, & quæ habent. n. ante. is. in nominatiuo, vt Ignis, Panis, cum compoſitis à nomine As, Aſsis. vt Beſsis, Treſsis, Tricuſpis tamen eſt cōmune duorum, & nōnunquam vim Adiectiui ſortitur, vt Poſitoque tricuſpide telo.

QVod deſinit in. os. eſt maſculinum, vt Ros, flos. Fœminina ſunt Dos, Cos, & Barbitos. Et hæc neutra Epos, Chaos, Argos, Melos, Os, Oſsis. & Os, Oris.

FInita in. us. ſecūdæ declinationis ſunt maſculina, vt Dominus. i. Limbus. i. Excipiuntur Aluus, Humus, Vanus,

Colus,

Colus, & Domus, quæ ſunt fœminina.
¶Item Latina in. us. quæ à Græcis deſinentibus in. os. promanant, &.os.in.us. mutant, vt Papyrus, Diphthongus, tametſi aliquando ſint maſculina, vt Phaſellus, i. de quibus Græcos videre, & conſulere oportebit. Sed neutra ſunt Virus, Pelagus, & Vulgus, quod etiam eſt maſculinum. Virgilius. In vulgum ambiguas, & quærere conſcius arma.

DEſinentia in.us.tertiæ Declinationis ſunt neutra, vt Munus.eris. Corpus. oris. demitur nomen Græcum Pus, Podos. propedeq́ cum compoſitis Melampus, Tripus, quod eſt maſculinum. Et hæc fœminina Virtus, Iuuentus, Palus, Seruitus, Salus, Subſcus, Pecus, Pecudis. Laus, & fraus, quæ Diphthongo ſcribuntur.

IN.us.quartæ Declinationis ſunt maſculina, vt Gradus, us. Senatus, us. Sed fœminina ſunt, Tribus, Porticus, Manus, Acus, pro inſtrumēto quo veſtes ſarciuntur, nam pro piſce eſt maſculinum & ſecundæ Declinationis, & pro purgamentis

tritici est neutrum,&tertiæ declinationis. ¶Item Domus, & Ficus pro arbore,& pomo,quoniam pro morbo, & aliquãdo pro pomo est masculinum, & secundæ declinationis. Denique excipitur nomẽ Idus, Iduûm.quod pluraliter tantum declinatur. Sed Specus, & Penus, sunt dubij generis.

FInitum in. s. quod aliquam consonantem ante.s.habet, generis est fœminini, vt Gens,Ars. Excipiuntur Fons, Dens, Pons, Mons, quia sunt masculini generis.¶Item habentia.p. ante.s. polysyllaba,vt Forceps,Hidrops. ¶ Item etiã partes nominis As, Assis. vt Dodrans, Triens,Quadrans.

TErminata in.t.sunt quinque, & neutri generis:nempe Caput cum compositis Sinciput,Occiput,Git,& Frit, indeclinabilia. Tot, & Quot, cum suis compositis,Aliquot, Totidem, sunt omnis generis.

NOmina vnius syllabæ, finita in.x. sub quacunque terminatione, sunt generis fœminini:vt Pax, Lex, Pix,

Nox,

Nox, Lux. Hæc duo ſunt maſculina: Grex, & Calx pro vltima pedis parte, quod nōnunquam fœmininum eſt, vt Vergilius. Quadrupedemque citum, ferrata calce fatigat.

IN.ax.terminata polyſyllaba: vt Thorax, Dropax, Storax, & Abax, maſculina ſunt. Hæc tamen duo Fornax, & Similax ſunt fœminina.

DEſinentia in.ex. ſunt generis maſculini: vt Iudex, Pollex. Excipe Forpex, Viuex, Imbrex, Carex, & ſupellex, quia ſunt fœminina.

NOmen in.ix. eſt fœmininum: vt Lodix, filix. Excipiũtur Fornix, Onix, Maſtix pro flagello, Calix pro vaſe, & Varix: quæ ſunt maſculina.

SOlox, Celox, Phalanx, & Meninx, ſunt fœminina. Sed hæc Thominx, Spelinx, Pharinx, & Larinx, ſunt maſculini generis.

DE GENERE AMBIGVO.

QVædam ſunt nomina dubij generis, quæ vſu Autorum modò maſcu-

dina, modò fœminina inueniuntur: qualia sunt Cupido pro cupiditate. Finis, Clunis, Torquis, Stirps pro arboris trunco: nam pro generatione semper est fæmininum. Vergilius. Heu stirpem inuisam. Adeps, Scrobs, Cortex, Silex, Latex, Pumex, Sardonix compositum à Sardus, Sarda, Sardum, & Onix, cum alijs, quæ supra suis in locis ostendimus.

Perbreues, & vtiles expositiones de nominum declinatione.

HACTENVS de nominum generibus disputatum est, nunc tamen de illorum Declinationibus suscipitur tractatio, & primo præmittuntur quædam præcepta omnibus declinationibus cõmunia, (ne opus sit eadem semper repetere) deinde regulæ, de singulis Declinationibus suo ordine traduntur.

Primum

Primum præceptum.

NOmen compoſitum ſimplicis formã ſequitur, & ſimplex ſui compoſiti: vt Potens.tis. Omnipotens,tis. Amicus,i. Inimicus. i. Excipitur Exanguis compoſitum à Sanguis, quod dat Exanguis. ¶ Item Vulpes.is. & Apes. is. compoſita à Pes, Pedis. quæ quibuſdam deriuatiua videntur. Impubes.eris. Requies.ei. compoſita à Pubes.is. & Quies.tis. & alia quã plurima, ab Vncia, Vnciæ, & alijs nominibus compoſita, vt Decunx, Setunx, Sublimis, & Sublime. Bicornis, & Bicorne. Vnanimis, & Vnanime.

Secundum præceptum.

OMne nomen neutri generis, tres caſus habet ſimiles, Nominatiuum, & Accuſatiuum cum Vocatiuo: vt Bellum. i. Accuſatiuo Bellum, Vocatiuo ò Bellum. qui caſus in numero Plurali terminantur in.a. vt Plurali Nominatiuo Bella, Accuſatiuo Bella, Vocatiuo ô Bella. Et aliquando in. ia. quando Genitiuus ſingularis finitur in Geminum. ij. vt Conſilium. ij. Plurali Nominatiuo Conſilia,

Accusatiuo Consilia, Vocatiuo ô Consilia.

Tertium præceptum.

VOcatiuus vtriusque numeri in omnibus quinque declinationibus est propemodum Nominatiuo similis: vt Musa, ô Musa. Puer, ô Puer. Sermo, ô Sermo. Plurali Nominatiuo Musæ, ô Musæ. Pueri, ô Pueri. Sermones, ô Sermones. Idem de alijs est dicēdum. Sed hoc præceptum patitur exceptionem, de qua suis in locis postea priuata fiet mentio.

Quartum præceptum.

GEnitiui plurales nominum primæ declinationis, secundæ, tertiæ, & quartæ capiūt syncopam: vt Graiugenûm pro Graiugenarum: Danaûm pro Danaorum: Sapientûm pro Sapiētium: Manûm pro Manuum. Et syncopa est ablatio, vel remotio litteræ, vel syllabæ, de medio dictionis. Sed nomen Ales dat Alituum gemino .u. per Epenthêsin.

Vltimum præceptum.

DAtiuus, & Ablatiuus numeri pluralis semper sunt similes in omnibus decli-

declinationibus: Datiuo Terris, Ablatiuo à Terris: Datiuo Dominis, Ablatiuo à Dominis.

De prima nominis Declinatione.

PRIMA Declinatio habet quatuor terminationes, as. es. a. e. & vnam Hebræam. am. vt Æneas, Anchiſes, Propheta, Rethoricê, Abraham: & ex his. as. es. & e. ſunt Græcæ, a. verò Græca, & Latina: vt Muſa, Tabula.

GEnitiuus, & Datiuus ſingulares, & Nominatiuus, & Vocatiuus Plurales exeunt in. æ. Diphtongon: vt Genitiuo Feneſtræ, Datiuo Feneſtræ. Plurali Nominatiuo Feneſtræ, Vocatiuo ô Feneſtræ.

ACcuſatiuus terminatur in. am. vt Prophetã. vel in. an. vel in. en. quando rectus Græcus tenet. as. vel. es. aut. e.

vt

vt Enean, Anchisen, Rhetoricên.
¶Vocatiuus in.a.desinit quando à terminatione.a.vel.as.venit, vt ô Musa, ô Ænea qui vbi ab.es.vel.e.descendit, exit in.e.vt ô Anchise, ô Rhetorice, cùm verò proficiscitur à desinentia.am.est similis suo recto atque etiam Ablatiuus, vt Vocatiuo ô Abraham, Ablatiuo ab Abraham.
¶Ablatiuus in.a.desinit quando nascitur ab. a. vel. as. vt Musa, à Musa. Æneas, ab Ænea. Vbi ab. es. vel. e. venit, terminatur in. e. vt Anchises, ab Anchise. Penelopê, à Penelope.
¶Genitiuus Pluralis in.arum. finitur, & per Syncopen in. um. vt Troiugenarum & Troiugenum.
¶ Datiuus in. is. desinit, vt Datiuo Musis, præter pauca fœminina, quæ faciunt. abus. cum dubium est de quo sexu loquimur, qualia sunt, Equa, Nata, Filia, Mula, Dea, Liberta, quibus adduntur Ambo, Ambæ, Ambo. Duo, Duæ, Duo.
¶Accusatiuus semper terminatur in. as. vt Musas, Prophetas.

De

De ſecunda nominis Declinatione.

SECVNDA Declinatio ſex habet terminationes, er. ir.ur.us.um.&.eus.vt Gener.i. Vir.i.Satur.i.Filius.ij. Tēplum.i.Orpheus.i. Reperiuntur etiā aliæ duæ terminationes in . os. & in.on.nominum Græcorum, quæ ad hāc declinationem referuntur, vt Logos, Logi.Ilion.ij.

¶Genitiuus ſingularis in.i.longum deſinit,(dummodo nominatiuum aliqua ſyllaba non vincat) vt Seruus,Serui. Filius. ij. Sed excipiuntur ſuperantia, Gibber, Lacer,Aſper,Socer,Adulter,Liger,Præſbyter,Iber,Liber pro Bacho,& homine ingenuo. ¶Item compoſitum à Gero. is.& Fero,Fers.vt Corniger.i. Armifer.i. & nomen Græcū deſinens in.eus. (modo diphthongus diſſoluatur) vt Prometheus.ei. Pentheus,ei.Excipiūtur quoque octo nomina cum ſuis cōpoſitis, quæ tam in hac, quam

quam in prima Declinatione dant genitiuum in. ius. vt Vnus. a. um. Vnius. Solus, a. um. Solius. Neuter tamen format frequentiùs Neutri.

¶ Datiuus, & Ablatiuus in. o. desinũt, vt Datiuo Domino. Ablatiuo à Domino. Ea autem quæ Genitiuum faciunt in. ius. in vtràque terminatione formant Datiuum in. i. vt Vnius, Vni. Solius, Soli.

¶ Accusatiuus terminatur in. um. vt Antonium. Græca verò in. eus. Desinunt etiam in. a. vt Penthea, & reliqua in. on. vt Lesbon, Priamon.

¶ Vocatiuus similis est nominatiuo, si in. r. vel in. n. finiatur: vt Gener, ô Gener. Idolon, ô Idolon. Si verò Nominatiuus in. us. terminatur, Vocatiuus fit in. e. us. recti in. e. conuersa, vt Dominus, ô Domine. Lupus, ô Lupe. præter Filius, ô Fili. Ad cuius instar nomina propria virorum desinentia in. ius. Vocatiuũ in. i. formant, vt Vergilius, ô Vergili. Antonius, ô Antoni. Deus tamen dat ô Deus. Fluuius, ô Fluuius. Latinus, ô Latinus. Sed hæc duo posteriora Vocatiuum more Poëtico similem

milem Recto habent. Propria autem in. eus.abiecta.s. Græcum formant Vocatiuum in.eu.vt ô Pentheû.ô Tereù.
Nominatiuus pluralis, & Vocatiuus, similes sunt Genitiuo singulari, vt Plurali Nominatiuo Viri, Vocatiuo ô Viri.
¶ Genitiuus finitur in . orum . addita. rum.Ablatiuo singulari,vt Dominorum. Per symcopen verò Fabrùm pro Fabrorum dicitur.
¶ Accusatiuus desinit in.os. & formatur ab Ablatiuo singulari addita . s.vt Dominos,Seruos.

De tertia nominis declinatione.

TERTIA Declinatio sexaginta in Recto singulari terminationes habet. Litteræ terminales vndecī sunt. a. e.o.c. d.l. n.r.s.t.x.quas cùm de Genitiuo singulari tractabitur,ex ordine prosequemur.

Nomina

De nomium declinatione.

A.

NOmina in.a.generant Genitiuū per atis.post. a. nominatiui, vt Emblema.atis.Soma.atis.

E.

NOmina in.e. dant per.is.e. vocali nominatiui in.is. conuersa, vt Monile, Monilis.Sedile,Sedilis.

O.

FInita in.o.terminant Genitiuum per. nis.super.o.nominatiui,vt Sermo,Sermonis,Cicero,Ciceronis.Excipiuntur Cardo,Ordo,Homo,Nemo,Apollo, & finita in.do.vel in.go. fœminina, vt Albedo,Farrago,quæ dātur per.inis.quibus additur Cupido pro Deo amoris.Vnedo tamen regulam generalem sequitur.

¶ Item etiam Anio, & Nerio, exeunt in. enis. At Caro format Carnis. Græca verò terminata in.o.vel in.do.semper faciūt Genitiuum per.us.vt Saphô.ûs.Didô.ûs,

C.

DVo sunt nomina, quæ finiuntur in. c. Lac, & Halec.ex quibus Lac format Genitiuum per.tis. & Halec per. cis.

Duo

D.

DVo etiam huius Declinationis desinunt in. d. nempe Bogud, quod dat Bogudis, & Dauid Dauidis, quamuis reperiatur indeclinabile.

L.

TErminata in. al. el. il. ol. ul. generant Genitiuum per. is. post. l. Nominatiui: vt Animal Animalis, Gabriel. elis. Vigil. lis. Sol. is. Consul, Consulis. Excipiuntur tamen Fel, & Mel, quæ geminum. l. in Genitiuo capiunt.

N.

QVæ terminantur in. an. en. in. on. formant Genitiuum per. is. post. n. Nominatiui, vt Titan. anis. Ren. enis. Delphin. inis. Canon. onis. Sed excipiuntur quæ desinunt in. men. & . cen. composita à Cano. is. quæ dant Genitiuum per inis. vt Agmen. inis. Tibicen. inis. ¶ Item hæc Pecten, Vnguen, Gluten, Inguen, quia mutant. e. Nominatiui in. i. atque etiã propria in. on. quæ dãtur per. ontis. vt Phaëton, Phaëtontis. Demophon. Demophontis.

R.

DEsinentia in.ar.er.ir.or.ur.faciunt genitiuum per.is.post.r.nominatiui, vt Cæsar.ris. Vesper.eris.Martyr.yris. Dolor,Doloris.Guttur.uris. Sed Far dat Farris gemino.r.quædã tamen formãt genitiuum per.eris.qualia sunt Acer , Volucer, Alacer.Quædam per.bris.vt Celeber, Saluber,Imber cum compositis:vt Decẽber &alia per.tris.Ea sunt Mater,Pater,Vter Frater,Accipiter,Linther, Vẽter. Et quæ terminantur in.ster.vt Campester,Rurester,Iuppiter tamẽ ex veteri declinatione dat Iuppitris.Sed nunc Iouis.Excipiũtur denique Femur , Ebur , Robur, & Iecur, quæ mutant.u.in.o.in genitiuo.At Cor-dat Cordis cum compositis Vecors, Vecordis.Concors,Concordis.

S.

FInita in.as.dant genitiuum per. atis.s. recti mutata in.tis. vt Maiestas Maiestatis.Tolosas,Tolosatis. Vas tamen format Vadis,&Vasis.Mas,Maris.As,Assis. Et Græcum fœminini generis per. dis. vt Lampas, Lãpadis. Monas, Monadis. Sed

mascu

masculinum per.antis. vt Gigas, Gigantis. Elephas, Elephantis.

IN.es.masculina, aut cõmunia duorum, formant genitiuum per.itis.e. recti conuersa in.i.&.s.in.tis. vt Limes, Limitis. Fomes, Fomitis. Hospes, Hospitis. Miles, Militis. Excipitur tamen Verres, quod dat Verris. & Vates, Vatis. ¶ Item Paries, Aries, Perpes, Interpres, Teres, Indiges, Præpes, Hebes, Inquies, Locuples, Magnes, quæ terminantur in.etis. & nomina Græca: vt Dares, Daretis. Tapes, Tapetis. quæ aliquando dant genitiuum per.is.es. nominatiui in.is.conuersa: vt Diomedes, Diomedis. Vlisses, Vlissis. Hæres tamen, & Pes dantur per.dis.cum compositis, vt Cohæres, Cohæredis. Alipes, Alipedis. & quæ à Sedeo, Sedes cõponuntur, per.idis. vt Reses, Residis. Præses, Præsidis.

FInitum in.es.fœminini generis mutat es.nominatiui in.is. vt Soboles, Sobolis. Vulpes, Vulpis. Quatuor faciunt genitiuum in.etis. Teges, Tegetis. Seges. etis. Abies. etis. & Quies. etis. At Merces format Mercedis. & Ceres, Cereris.

DEſinentia in.is. genitium habent ſuo recto ſimilem: vt Auis, Auis. Clauis, Clauis. Excipiuntur Sanguis, Sanguinis. Semis, Semiſsis. ¶ Item Cuſpis, Cuſpidis. Caſsis, Caſsidis. Lapis, Lapidis. ¶ Item hæc cucumis, Vomis, Cinis, Puluis, impubis, quorū genitiuus exit in.eris. tùm etiam Glis, dat Gliris. Lis, Litis. Dis, Ditis. Samnis, Samnitis. Quiris, Quiritis. (quod raro in ſingulari reperitur) Denique nomen Græcum modò format genitiuū per.idis. vt Paris, Paridis. Thais.dis. modò per.inis. vt Eleuſis, Eleuſinis. Pyrois tamen & Simois deſinunt in. entis. Sed quod dat per.idis. interdum regulam generalem ſequitur: vt Alexis, Alexis. Paris, Paris.

NOmen in.os. exit in.otis. vt Dos, Dotis. Cos, Cotis. Sed Ros, Flos, Mos, Lepos, dāt per.oris. At Os facit Oris. & Oſsis. Cuſtos dat Cuſtodis. Bos, Bouis. Sed Græca formāt per.ois. vt Trôs, Trôis. Herôs, Herôis.

NOmina in.us. dantur per.oris. vt Corpus, Corporis. Nemus, Nemoris. Sed

quam

quam plurima excipiuntur,quæ formantur per.eris.vt Vlcus,Vlceris.Acus, Fœdus, Pondus, Funus, Genus,& alia, quæ breuitatis cauſa prætermitto.¶Item quædam danturper.udis. & illa ſunt fœminina:vt ſubſcus,Subſcudis. Palus,Paludis. Quædam per.utis.vt Virtus,Virtutis.Iuuentus,Iuuentutis.Sed nomina vnius ſyllabæ fiunt in.uris. vt Mus,Muris. Thus. Thuris. Grus tamen format Gruis. Sus, Suis.Intercus,intercutis. Et nomen Græcũ datur per.untis.xt Hiericus.untis. Trapezus.untis. Compoſitũ tamen à Pus, Podos.terminat genitiuum in. odis. vt Tripus,Tripodis.Melãpus,Melãpodis.Fraus dat Fraudis. & Laus,Laudis. diphthongo ſcripta. At Æs facit Æris.& Præs,Prædis.

QVod terminatur in. s. habens. b. p. ph. ante. s. dabit genitiuũ per. is. interpoſita.i.inter.b.p.ph.&.s.vt Arabs, Arabis. Seps, Sepis. Gryphs,Gryphis.Excipiuntur pollyſyllaba,quæ mutant.e.Nominatiui in. i. vt Celebs,Celibis.Princeps,Principis. Auceps tamẽ mittitAucupis.Hyems dat Hyemis.Puls.tis.

De nominum declinatione.

NOmen finitum in. s. quod habet.n. aut.r.ante.s. formabit genitiuum interposita.ti. inter.n.&.s. aut.r.&.s. vt Gens, Gentis. Ars, Artis. Pars, Partis. Hæc dāt per.dis. Lēs pro bestiola, & Frōs pro folio, Glans, Nefrens, Libripens. Sed compositum ab Vncia dat Vncis: vt Decunx, Decuncis. Septunx, Septuncis.

CAput cum compositis Occiput, Sinciput, genitiuum format per.itis. & reliqua, quæ gemināt crementum: vt Biceps, Bicipitis. Triceps, Tricipitis. Adde his Supellex, Supellectilis. Atque Iter, siue Itiner, quod mittit Itineris.

QVæ desinunt in.x. faciunt genitiuū ablata.x. & addita.cis. vt Pax, Pacis. Merx, Mercis. Nomina tamē pluriū syllabarum demuntur, quoniā mutant.e.in.i. vt Index, Indicis. Iudex, Iudicis. Sed Veruex, & Halex retinēt.e. ¶ Itē nomina Græca, & Latina, quorum genitiuus datur in.gis. vt Rex, Grex. Syrīx, Menynx, Iynx. Tùm etiā finita in.orix. Propria regulorum Galliæ, vt Orgētorix, Dunorix. Hæc denique dāt per.chis. Mastix,

Onyx,

Onyx, Diorix, Hipponax, & Astianax exeunt in.actis. Sed Nix dat Niuis, Nox, Noctis, & Senex, Senis.

¶ Datiuus exit in.i. Ablata.s. genitiui: vt Matri. Agasoni.

ACcusatiuus finitur in.em. qui formatur à genitiuo.is.in.em. vt Sermonis, Sermonem. Matris, Matrem. Sed excipiuntur Sitis, Tussis, Vis, Buris, Peluis, quæ dant accusatiuum per.im. Nomina quoque Græca finita in.is.quorum genitiuus est similis Nominatiuo: vt Leucapis, Tygris, quæ aliquando dant etiam per.in. vt Charybdin, Acim. quædam tamen faciunt Accusatiuum per.em.&.im. qualia sunt, Restis, Turris, Securis, Puppis, & Febris.

ABlatiuus exit in.e. vt Homo, ab Homine, Lac, à Lacte, Maiestas, à Maiestate. Excipitur finitum in. e. al. & ar. neutrum, quod dat Ablatiuum per.i. vt Cubile, à Cubili. Animal, ab Animali. Puluinar, à Puluinari. Hæc tamen regulam generalem sequuntur, Far, Præneste, Iubar, Soracte, Gausape, & Nectar.

Præterea nomina propria Mēſium, & terminata in.as. quæ gentem ſignificāt, cum illis, quæ Accuſatiuum aut in.im. aut in. fecerūt: vt September, à Septembri. Methinas, à Methinati. Carybdis, à Carybdi. Vis, à Vi. Illa tamen, quæ Accuſatiuū per, em. &. im. dederunt Ablatiuum in. e. & in. i. faciūt: vt Reſtis, à Reſte, vel Reſti. Febris, à Febre, vel Febri. cum alijs. Sed hæc eis iungūtur: Ciuis, Auis, Nauis, Clauis, Anguis, Vnguis, Amnis, Vectis, Poſtis, Neptis, Ignis, Strigilis, Claſsis, Pugil, Vigil, Supellex, Imber, & verbale, quod deſinit in.trix. vt Vltrix, Victrix. Præterea nomina Adiectiua, vt Elegans, ab Elegante, vel Eleganti. Nobilior, & nobilius, à Nobiliore, vel Nobiliori. niſi eorum rectus ſingularis ſub Neutro genere terminetur in. e. quoniam Ablatiuus tantum fiet in. i. vt Singularis, & Singulare, à Singulari. Acer, Acris, & Acre, ab Acri. Hæc tamen cum æquiualeant Adiectiuis, Degener, Pauper, Vber, Hoſpes, & Soſpes ſuos Ablatiuos per. E. tantum formant, & Plus dabit Pluri.

De casibus huius huius Declinationis Pluralibus.

NOMINATIVVS Pluralis, & Accusatiuus cum Vocatiuo, terminãtur in. es. qui formantur à Genitiuo singulari.is. versa in.es. vt Pater, Patris. Plurali Nominatiuo Patres, Accusatiuo Patres, Vocatiuo ô Patres. Homo, Hominis. Plurali Nominatiuo Homines, Accusatiuo Homines, Vocatiuo ô Homines. Sed nõnunquam Accusatiuus Pluralis fit in.is. quoties Genitiuus Pluralis exit in.ium. atque genitiuus singularis suo recto est similis: vt omnis, & omne, Accusatiuo omneis. Breuis, & Breue, Accusatiuo Breueis, quorum rationem sequuntur pluraliter declinata: vt Verg. in.1. Æneid.
Treis notus arreptas, in saxa latentia torquet.

NOmina in.e.al.&.ar. neutra, semper prædictos tres casus terminant in.ia.

vt Cubile, Cubilia. Animal, Animalia. Torcular, Torcularia. Illis tamen exceptis, quorum Ablatiuus ſingularis exit in. e. vt Far, Præneſte cum alijs. Cæterum nomina Comparatiua eoſdem caſus ſemper faciunt in. a. vt Fortior, & Fortius, Fortiores, & Fortiora. Quibus adde Plus, à Pluſtre, & Vetus.

GEnitiuus Pluralis finitur in. ium. ab illis Nominibus quæ fecerunt Ablatiuum ſingularem per. i. vt à Tribunali, Tribunalium, à Cubili, Cubilium. Hæc tamen excipiuntur, quia dant Genitiuum Pluralem per. um. Vigil, Pugil, Supplex, Opifex, Vetus, Artifex, Memor, Conſors, Inops. ¶Item Comparatiua: vt Breuior, & Breuius. Præter Plus cum compoſito Complures, & Complura, quæ Regulam generalem ſequuntur. & denique compoſita à Capio, Capis: vt Particeps, Participis. Municeps, Municipis.

¶ Sed quoties nomina huius declinationis faciunt Ablatiuum ſingularem per. e. eorum Genitiuus Pluralis fit in. um.

e. Abla-

e. Ablatiui conuersa in. um. vt à Sermone, Sermonum. ab Emblemate, Emblematum. Sed tamen hæc dant Genitiuum Pluralem per. ium. As, Mas, Vas, Vadis. Caro, Cor, Os, Ossis. Nix, Nox, Samnis, Lis, Glis, Quiris, Quiritis. Et illa, quæ exeunt in. es. & quæ etiam in. is. quorum Genitiuus singularis Rectum syllaba non superat: vt Vulpes, Vulpis. Ignis, Ignis. Hæc tria regulam generalem obseruant, Iuuenis, Panis, Canis.

¶ Item etiam excipiuntur Nomina finita in. s. vnius syllabæ habentia. b. l. n. p. aut. r. ante. s. vt Vrbs, Vrbis, Vrbĩum. Puls, Pultis, Pultium. Gens, Gentis, Gentium. Daps, Dapis, Dapium, vel Dapum. Ars, Artis, Artium. Et terminata in. x. etiam Monosyllaba, quæ habent. l. n. &. r. ante. x. vt Falx, Falcis. Lanx, Lancis. Arx, Arcis. Verùm Nomina illa, quæ terminantur in. es. & tantùm Pluraliter declinantur, interdum dant Genitiuum Pluralem per. um. interdum verò per. ium. iuxta vsum, vel Aures Doctissimorum

virorum

virorum, vt Manes, Maniũ. Penates, Penatum, Opes, Opũ. Bos tamen dat Boûm, & Datiuum quoque Bobus per syncopẽ.
¶ Datiuus Pluralis fit in .ibus. qui formatur à Genitiuo singulari .bu. interiecta inter .i. & .s. finalem, vt Sermonis, Sermonibus. Matris, Matribus. Sed tamen terminata in .a. huius declinationis frequentiùs Datiuum formant per .atis. vt Emblema, Datiuo Emblematibus, vel Emblematis. Toreuma, Datiuo Toreumatibus, vel Toreumatis.

De quarta nominis Declinatione.

QVARTA Declinatio duas habet terminationes .us. masculinorum, & fœmininorum, vt hic Senatus. hæc Manus. aut. u. neutrorum: vt Gelu, Veru, quæ in numero singulari indeclinabilia sunt.
¶ Genitiuus fit à Nominatiuo producta.

us.

us.vt Gradus,Genitiuo Gradus. Vetustissimi tamen in.uis. diuisas syllabas protulerunt. Terentius. Eius anuis causa (vt opinor) quæ erat mortua.

¶Datiuus fit à genitiuo Ablata.s. & addita.i.vt Datiuo Senatui, Visui, qui aliquādo terminatur in.u.Poëtico vsu. Vergilius. Curruque volans, dat lora secundo.

¶Accusatiuus desinit in.um.s.Nominatiui mutata in.m.vt Senatum, Visum.

¶Ablatiuus exit in.u.abiecta.s.nominatiui:vt à Curru, à Senatu.

¶ PLVRALIS NVMERVS.

NOminatiuus, & Accusatiuus, & Vocatiuus Plurales. sunt similes Genitiuo singulari:vt Plurali Nominatiuo Currus, Accusatiuo Currus, Vocatiuo ô Currus.

¶Genitiuus pluralis remota.s. à Nominatiuo singulari & assumpta.um. finitur in.uum.vt Graduum, Curruum.

¶Datiuus desinit in.ibus.cum Ablatiuo, mutata.u.Nominatiui singularis in. i. &

inter-

interpoſita.bu. vt Datiuo Senatibus. Datiuo Curribus. Ablatiuo à Senatibus. Ablatiuo à Curribus. Excipiuntur tamen quædam facientia Datiuum per. ubus. qualia ſunt Ficus, Acus, Tribus, Portus, Quercus, Lacus, Specus, Arcus, Veru, & Quæſtus pro Lucro. Nam pro Querella mittit Queſtibus ſine Diphthongo. Et Artus, Artuum, quod pluraliter variatur.

De quinta nominis Declinatione.

QVINTA Declinatio vnam habet terminationem. es. productam, maſculinorum: vt Dies, Meridies: & fœmininorum, vt Progenies, Species.

¶Genitiuus, & Datiuus numeri ſingularis deſinunt in. ei. diuiſas ſyllabas, abiecta s. Nominatiui, & aſſumpta. i. vt Dies, Diei. Fides, Fidei. Antiquiores tamen hunc Genitiuum in. e. tùm in. es. tùm in

ij.geminum terminabant. Vergilius. Libra Die, somnique pares vbi fecerit horas.

¶Accusatiuus terminatur in.em.mutata. s. Nominatiui singularis in. m. vt Diem. Rem.

¶Ablatiuus singularis ablata.s. à Nominatiuo singulari desinit in. e. vt à Die. à Fide.

¶ PLVRALIS NVMERVS.

NOminatiuus, Accusatiuus, & Vocatiuus numeri pluralis sunt similes, & desinunt semper in. es. vt Plurali Nominatiuo Dies. Accusatiuo Dies. Vocatiuo ô Dies.

GEnitiuus Pluralis terminatur in. erum. addita. rum. Ablatiuo singulari. vt Dierum. Rerum.

DAtiuus desinit in. ebus. adiecta. bus. Ablatiuo singulari. vt Rebus. Diebus. Meridiebus. Sed alia ferè nomina huius Declinationis Genitiuo. Datiuo. & Ablatiuo Pluralibus destituuntur.

De

De nominibus Anomalis.

QVÆDAM tamen inueniuntur nomina irregularia, quoniam aliorum regulam variant. Sed tamen huiusmodi varietas sex modis cõtingere solet, aut quando nomina mutant genus in alterutro numero: vt Mænalus, Mænali. Mænala, Mænalorũ. Carbasus, Carbasi. Carbasa, Carbasorum. Cœlum, Cœli. Cœli, Cœlorum. Secundo vbi mutant declinationem: vt Pinus, Pini. Pinus, Pinus. Domus. Domi. Domus, Domus. Vas, Vasis. Vasa, Vasorum. Tertio, quoties carent altero numero: vt Mundus, Mundi. Parsimonia, Parsimoniæ. Cancelli, Cancellorum. Arma, Armorum. Quarto, quando deficiunt certis casibus in alterutro numero, vt Nominatiuo Præsto. Plurali Nominatiuo Præsto. Nominatiuo Grates, Accusatiuo Grates, Vocatiuo ô Grates.

Quinto

Quinto,quotieſcunque genus ſimul cum declinatione mutant: vt Epulum, Epuli. Epulæ,Epularū. Delicium,Delicij. Deliciæ,Deliciarum. Vltimo,quando genitiuus non ritè à ſuo recto formatur: vt Iuppiter,Iouis.

Perbreues, & vtiles expoſitiones de Præteritis,& Supinis,Verborum.

ABSOLVTA, generis & declinationis nominum tractatione,ſupereſt, vt de Præteritis,& Verborum Supinis diſputatio ſuſcipiatur,quæ vt penitus percipi poſsit, neceſſe erit, duas proponere regulas quatuor Coniugationibus cōmunes.

¶Eſt ergo prior regula. Verbum compoſitum rationem ſimplicis ſequitur : atque è conuerſo verbum ſimplex rationem cōpoſiti: vt Clamo,Clamas,Clamaui, Clamatum. Exclamo,Exclamas,Exclamaui,

Exclamatum. Sed ab hac regula duo gene ra compoſitorum excipiuntur.

¶ Quædam enim ſunt, quæ coniugationem ſimplicium non ſequuntur, qualia ſunt compoſita à Do. Das. tertiæ coniugationis: vt Trado. Tradis. Tradidi. Traditum. Perdo. Perdis. Perdidi. Perditum.

¶ Item compoſita à Lauo. Lauas. Laui. & à Cubo. Cubas. Cubui. deſinentia in. um bo. vt Abluo. Abluis. Ablui. Ablutum. Diluo. Diluis. Dilui. Dilutûm. Incumbo. Incumbis. Incubui. Incubitum. Procumbo. Procumbis. Procubui. Procubitum. ¶ Item etiam, quæ componuntur à Cieo. Cies. Sapio. Sapis. & à Pario. Paris. vt Excio. Excis. Exciui. Excitum. Concio. Concis. Conciui. Concitum. Reſipio. Reſipis. Reſipiui. Aperio. Aperis. Aperui. Apertum. Comperio. Comperis. Comperi. Compertum.

¶ Alia ſunt, quæ mutant Formam præteriti, ac ſupini ſimplicium, nempe compoſita à Maneo. Manes. Manſi. Manſum. cum his præpoſitionibus. in. e. pro. præ. vt Immineo. Immines. Imminui.

Emineo. Emines. Eminui. Promineo. Promines. Prominui. Præmineo. Præmines. Præminui. Quæ omnia supinis carent. Præterea Dimico. Dimicas. Dimicaui. Dimicatum compositum à Mico. Micas. Micui. Et quæ componuntur à Verbo Oleo. Oles. Olui. Olitum. vel Oletum. & à Cano. Canis. Cecini. Cantum: vt Redoleo. Redoles. Redolcui. Redoletum. Inoleo. Inoles. Inoleui. Inoletum. Accino. Accinis. Accinui. Accentum. Concino. Concinis. Concinui. Concentum. Denique hæc tria composita à Lego. Legis. Legi. Intelligo. Intelligis. Intellexi. Diligo. Diligis. Dilexi. Negligo. Negligis. Neglexi. & quam plurima alia, quæ Autorum lectio frequens docebit.

¶ Posterior regula est. Omne verbum simplex cuiuscunque Coniugationis, quod syllabam primam in præterito perfecto geminauerit, ex illis priorem in compositione abijcit: vt Tondeo. Tondes. Totondi. Tonsum. Detondeo. Detondes

Detondi, Detonſum. Cado, Cadis, Cecidi, Caſum. Occido, Occidis, Occidi, Occaſum. Excipiuntur tamen compoſita à Poſco, Poſcis, Popoſci, & Diſco, Diſcis, Didici. vt Repoſco, Repoſcis, Repopoſci. Expoſco, Expoſcis, Expopoſci. Ediſco, Ediſcis. Edidici. Perdiſco, Perdiſcis, Perdidici. Quæ illam ſyllabam non amittunt. ¶ Item quæ componũtur ab Sto, Stas, Steti, & Do, Das, Dedi, & Siſto, Siſtis, Steti neutro abſoluto, quæ mutant. e. Præteriti ſimplicis in. i. vt Reſto, Reſtas, Reſtiti. Obſto, Obſtas, Obſtiti. Addo, Addis, Addidi. Obſiſto, Obſiſtis. Obſtiti. Deſiſto, Deſiſtis, Deſtiti. Ac poſtremò compoſitũ à Pungo, Pungis, Pupugi, cum præpoſitione. re. vt Repungo, Repungis, Repupugi. Et compoſitum à Curro. is. Cucurri. cum præ. vt Præcurro, Præcurris. Præcucurri.

De Præteris primæ Coniugationis.

VERBA primæ Coniugationis dant Præteritum perfectum per.aui.&Supinum per atum. ui. Præteriti versa in. tum. vt Oro, Oras, Oraui, Oratum. Poto, Potas, Potaui, Potatum, vel Potum per Syncopam. Lauo, Lauas, Lauaui, vel Laui, Lauatum, vel Lotum. Excipitur Do,Das,Dedi,Datum,cum cõpositis primæ Coniugationis. Venundo, Venundas. Circundo, Circundas. Pesundo, Pesundas. Sto, Stas, Steti, cum compositis, quæ mutant. e. Præteriti in.i.& Supina faciunt per.itum.& aliquando per.atum.vt Resto,Restas.Restiti,Restitum,vel Restatum.Consto,Constas,Constiti,Constitum,vel Cõstatum.

¶Item Iuuo,Iuuas,Iuui,Iutum, cum cõposito Adiuuo, quod habet Præteritum & Supinum quęmadmodum simplex:vt Adiuuo, Adiuuas, Adiuui, Adiutum.

¶ Item etiam demuntur decem Verba, quæ dant Præteritum per.ui.seiunctas,& Supina per.itum.Sono. ás. Sonui, Sonitum.Cubo.ás. Cubui, Cubitum. Tono,

Tonas. Tonui. Tonitum. Domo. Domas. Domui. Domitum. Veto. Vetas. Vetui. Vetitum. Mico. Micas. Micui. supino caret. Seco. Secas. Secui. Sectum. Frico. Fricas. Fricui. Frictum. At Nexo dat Nexui. Nexum. Plico. Plicui. Plicitum. atque Plicaui. Plicatum. Neco. Necas. Necui. Nectum. & Necaui. Necatum. Verùm composita à plico cum præpositionibus coniugantur vt Simplex. vt Explico. Explicas. Implico. Implicas. Quæ verò componuntur cum nominibus formant præteritum in. aui. & supinum in. atum. vt Duplico. Duplicas. Duplicaui. Duplicatum. Triplico. Triplicas. Triplicaui. Triplicatum. Quorum rationē Supplico. Supplicas. sequitur. Annotandum tamen est, nonnulla esse verba huius coniugationis habentia quoque præteritū verbi passiui: vt Cæno. Cænas Cænaui. vel Cænatus sum vel fui. Iuro. Iuras. Iuraui. vel Iuratus sum vel fui.

DE PRÆTERITIS SEcundæ coniugationis.

Verba

VERBA secundæ coniugationis dant præteritum in.ui. vocales, & supina ferè semper in. itum. vt Habeo. Habes. Habui. Habitum. Excipiuntur decem verba, quæ præteritum in si. & supina formant in. sum . vt Ardeo. Ardes. Arsi. sine supino. Mulgeo. Mulges. Mulsi. Mulsum. Rideo. Rides. Risi, Risum. Suadeo. Suades. Suasi. Suasum. Torqueo. Torques. Torsi. Torsum. vel Tortum. Algeo. Alges. Alsi. sine supino. Mulceo. mulces. Mulsi. Mulsum. Fulgeo. Fulges. Fulsi, Turgeo. Turges. Tursi. Quæ supinis carēt. Tergeo. Terges. tersi. Tersum. Indulgeo. Indulges. Indulsi, Indulsum vel Indultum. Maneo. Manes. Mansi. Mansum. Hæreo. Hæres. Hæsi absque supino. Sorbeo. Sorbes. Sorpsi. siue Sorbui. Sorptum. Iubeo. Iubes. Iussi. Iussum. gemino. s. in præterito. & supino. Excipiuntur etiam alia sex. quæ habent præteritum in. xi. qualia sunt Conniueo. Conniues. Connixi. Mulgeo. Mulges. Mulxi. Frigeo. Friges. Frixi.

quæ Supino carent. Augeo dat Auxi, Auctum. Demuntur quoque quatuor verba simplicia, quæ faciũt Præteritum per. di. & ex illis tria dant Supina per. sum. deo. Præsentis in. sum. versa, nempe Video. es. Vidi, Visum. Sedeo, Sedes, Sedi, Sessum. Prãdeo, Prandes. Prãdi, vel Pransus sum, vel fui Prãsum. Strideo. es. Stridi, vel Strido, Stridis sine Supinis. Sunt & alia quatuor, quæ geminant primam syllabam & dant Præteritum in. di. & supina in. sum. vt Mordeo, Mordes, Momordi, Morsum. Spondeo, Spondes, Spondi, Sponsum. Pẽdeo, Pendes, Pependi, Pensum. Tondeo, Tondes, Totondi, Tonsum. Præterea excipiuntur omnia cõposita à Leo, vel Pleo quæ non sunt in vsu, quæ quidem dant Præteritum in. eui. & supinum in. etum. vt Redoleo, Redoles, Redoleui, Redoletum. Deleo, Deles, Deleui, Deletum. Impleo, Imples, Impleui, Impletum. Tùm Neo, Nes, Neui. Netũ additur, cum Fleo Fles, Fleui, Fletum. Denique Cieo, Cies, dat Ciui, Citum. Oleo, Oles, Olui, Olitum, vel Oletum. Sed Verbum in Præsenti

ſenti, finitum in. uco. format Præteritum per. ui. & Supinum in. tum. ui. Præteriti verſa in. tum. vt Moueo, Moues, Moui, Motum, Foueo, Foues, Foui, Fotum. Excipiuntur tamen Caueo, Caues, Caui, Cautũ. Faueo. es. Faui, Fautũ. Cæterùm duo aduertere oportet, alterum eſt, quòd nõnulla verba huius Coniugationis habent Præteritum verbi paſsiui iuxta vſum doctiſsimorum virorum: vt Gaudeo, Gaudes, Gauiſus ſum, vel fui. Audeo, Audes, Auſus ſum vel fui. Soleo, Soles, Solitus ſum vel fui. Vergi. Præpetibus pennis auſus ſe credere cœlo. Idem. Canto, quæ ſolitus. Alterum eſt, quòd alia ſunt verba, quæ quidem non formant Supinum per. itum. Sed per. tum. ſum, vel tum. Hoc modo, Doceo, Doces, Docui, Doctum. Cenſeo, Cenſes, Cenſui, Cenſum. Pateo, Pates, Patui, Paſſum. Miſceo, Miſces, Miſcui, Mixtum. Torreo, Torres, Torui, Toſtum. Teneo, Tenes, Tenui, Tentum. Adoleo, Adoles, Adoleui, Adultum. Careo, Cares, Carui, Caſſum. quod etiam dat Caritum.

De Præteritis tertiæ coniugationis.

VT IN nominibus tertia declinatio latiſsimè patet, ita in verbis tertia coniugatio. Ideoque ad vnam regulam communem Verba eius deduci non poſſunt: quod in alijs coniugationibus factum eſt. Priùs itaque dicetur de his verbis, quæ habent vocalem ante. o. Deinde de illis quæ conſonantem, atque id ordine alphabetico diſſeretur.

De his quæ habẽt Vocalem ante. o.

DVO ſunt Verba deſinentia in. cio. ſimplicia, quæ faciunt præteritum in. eci. & ſupinum in. actum. Iacio, Iacis, Ieci, Iactum. Facio, Facis, Feci,

Feci, Factum. Omne verbum compositum à Licio, Licis, quod non manet in vsu, dat præteritum per.exi. & ſupinum in ectum. vt Allicio, Allicis, Allexi, Allectum. Pellicio, Pellicis, Pellexi, Pellectum. Illicio, Illicis, Illexi, Illectum. Præter Elicio, quod præbet Elicui, Elicitum. ¶ Verbum compoſitum ab Spicio, quod etiam in vſu non extat, eodem modo dat præteritum, & ſupinum, quo compoſitum à Licio, vt Aſpicio, Aſpicis, Aſpexi, Aſpectum. Conſpicio, Conſpicis, Conſpexi, Conſpectum.

IO.

VErbum Meio format præteritũ Minxi, & ſupinum Mictum, cum compoſitis: vt Immeio, Immeis, Imminxi, Immictum. Commeio, Commeis, Comminxi, Commictum.

DIO.

VNum eſt verbum in.dio. finitum. Fodio, Fodis, Fodi, Foſſum.

GIO.

VNum etiam verbum eſt in. gio. Fugio, Fugis, Fugi, Fugitum.

Quatuor

PIO.

QVatuor ſunt verba finita in.pio. Rapio, Rapis, Rapui, Raptum. Sapio, Sapis, Sapui, atque Sapiui abſque ſupino. Capio, Capis, Cepi, Captum. Cupio, Cupis, Cupiui, Cupitū, quod olim fuit quartæ Coniugationis.

RIO.

IN. rio. vnum tantum reperitur. Pario, Paris, Peperi, Paritum, vel Partum.

TIO.

VNum quoque exit in. tio. Quatio, Quatis, Quaſsi, Quaſſum. cuius compoſita deſinunt in. utio. vt Concutio, Cōcutis, Concuſsi, Concuſſum. Excutio, Excutis, Excuſsi, Excuſſum.

VErbum tertiæ Coniugationis, quod in Præterito habet. u. vocalem ante o. purum, exhibet Præteritum in. ui. & ſupinum in. utum. vt Acuo, Acuis, Acui, Acutum. Arguo, Arguis, Argui, Argutum. Ruo, Ruis, Rui, Rutum, vel Ruitum. cuius compoſitum dat ſemper ſupinum in. utum. vt Diruo, Diruis, Dirui, Dirutū. Obruo, Obruis, Obrui, Obrutum.

Excipiun

Excipiuntur Fluo, Fluis, Fluxi, Fluxum. Struo, Struis, Struxi, Structum. Pluo.is. Pluui, Plutum. Verbum tamen, quod habet.u.vocalem liquidam ante.o.facit præteritum in.xi.& ſupinũ in. ctum. ea ſunt Tinguo, Tinguis, Tinxi, Tinctum. Linguo.is.Linxi, Linctum. quod ex quorundã ſentẽtia ſupino caret. Coquo, Coquis, Coxi, Coctum. Linquo, Linquis dat Liqui differentiæ cauſa, atque ſupino caret, tametſi aliquando faciat Lictum propter compoſita: vt Relinquo.is.Reliqui, Relictum. Derelinquo, Derelinquis, Dereliqui, Derelictum.

De verbis, quæ cõſonantem habent ante.o.

FINITVM in.bo.habet in præterito.bi.&.tum.in ſupino: vt Bibo, Bibis, Bibi, Bibitum. Glubo.is.Glubi, Glubitum. Excipitur Nubo.is. quod dat Nupſi, Nuptũ. Scribo, Scribis, Scripſi,

Scripsi, Scriptum: & omne compositum à Cubo, Cubas, quod exit in. umbo: quod facit præteritum in. ui. & supinum in. itum. iuxta regulam generalem, in cuius præterito, atque supino. m. præsentis abijcitur, vt Excūbo.is. Excubui, Excubitum. Procūbo.is. Procubui, Procubitum.

SCO.

QVod terminatur in. sco. præterit in. ui.s. ablata, & supinum facit per. itum. vt Agnosco, Agnoscis, Agnoui, Agnitum. Concupisco, Concupiscis, Concupiui, Cōcupitum. Pasco, Pascis, Paui, dat Pastū. Excipe Posco, Poscis, Poposci, Disco.is. Didici sine supinis. Compesco. is. Compescui. Dispesco.is. Dispescui. Conquinisco.is. Conquexi, quæ supinis carēt. ¶ Itē Glisco. is. quod præterito & supino caret. Et uerba finiia in. sco. quæ falsò dicuntur inchoatiua, cum potiùs augmentū passionis innatæ significēt: vt Calesco.is. Tepesco.is. aut mutuò sua præterita à verbis capient, à quibus deriuantur. Ico, denique dat Ici, Ictū. Vinco, Vici, Victum. Dico, Dixi, Dictum. Duco, Duxi, Ductum.

Parco,

Parco, Parsi, Parsum, vel Peperci, Parcitũ

DO.

QVod terminatur in. do. facit præteritum in. di. o. præsentis mutata in. i. & supinũ in. sum. do. versa in. sum. vt Ascendo. is. Ascendi, Ascẽsum. Edo. is. Edi, Esum, vel estũ. Pando. is. Pandi, Passum. gemino. s. & absque. n. Excipiuntur tria, quæ abijciunt quoq;. n. in præterito. Scindo. is. Scidi, Cissum. Findo. is. Fidi, Fissum Fundo. is. Fudi, Fusum. Alia syllabas geminãt. Tũdo. is. Tutudi, Tusum, vel Tũsum. Cædo. is. cæcídi, cæsum. Pẽdo. is. Pependi, Pẽsum. Cado. is. cecidi, casum. Pedo. is. pepedi, pesum, aut supino caret: Tẽdo. is. Tetẽdi, Tentũ, vel Tensum. ¶Item etiã cõposita à Do, Das. geminãt. di. & faciũt supina in. itũ. vt Perdo. is. perdidi, perditũ. Denique excipiuntur vndecim quæ prætereunt in. si. & faciũt supina in. sum. Claudo. is. clausi, clausum. Diuido. is. Diuisi, diuisum: Plaudo. is. plausi, plausum. Lædo. is. læsi, læsum. Rado. is. rasi, rasum. Trudo. is. trusi, trusum. Rodo. is. rosi, rosũ Vado. is. vasi, vasum, Cudo. is. cussi, cussũ

Cedo

Cedo, Cedis, Cessi, Cessum. quæ duo vltima geminant. ſ. in præterito & ſupino.

GO.

VErbum, quod exit in. go. habet præteritum in. xi. & ſupinum in. ctum. xi. præteriti mutata in. ctum. vt Cingo. is. Cinxi, Cinctum. Rego, Regis, Rexi, Rectum. Sed hæc abijciunt. n. in ſupino. Pingo. is. Pinxi, Pictum. Stringo. is. Strinxi, Strictum. Fingo. is. Finxi, Fictum. Ringo. is. Rinxi, Rictum. Figo dat Fixum. Sed excipiũtur Spargo. is. Sparſi, Sparſum. Mergo. is. Merſi, Merſum. Tergo. is. Terſi, Terſum. ¶ Item Ago. is. Egi, Actum. Lego. is. Legi, Lectum. Frango. is. Fregi. Fractum. Pango. is. Pepigi, vel panxi, Pactũ. Tango. is. Tetigi, Tactum. Pungo. is. Pupugi, vel Punxi, Punctum.

HO.

IN. ho. duo ſunt verba quæ mittunt præteritum in. xi. & ſupinum in. ctum. Veho. Vehis. Vexi, Vectum. Traho. Trahis. Traxi, Tractum.

LO.

¶ Quæ terminantur in. lo. faciunt præteritum

ritum in.lui.& ſupina in.itum : vt Volo, Vis, Volui, Volitum. Alo, Alis, Alui, Altum, quod dat etiam ſupinum in. tum. vt Altum. Hæc ſemper faciunt ſupinum in ultum. Conſulo. Conſulis. Conſului, Conſultum. Colo.is. Colui, Cultum. Occulo.is. Occului, Occultum. Excipiuntur tamen à regula generali. Fallo.is. Fefelli, Falſum. Pello.is. Pepuli, Pulſum. Tollo, Tollis, Suſtuli, Sublatum, quod olim fecit Tetuli. Percello.is. Perculi, vel Perculſi, Perculſum. Excello.is. Exculi, Excelſum. Sallo.is. Sallui, Salſum. Vello.is. Velli, vel Vulſi, Vulſum. Pſallo.is. Pſalli, abſque vllo ſupino.

MO.

IN.mo.verba habent.ui.in præterito,& itum. in ſupino : vt Gemo.is. Gemui, Gemitum. Vomo.is. Vomui, Vomitum. Quatuor excipiuntur, quæ faciunt præteritum in.pſi.& ſupina in.ptum. Como.is. Demo.is. Sumo.is. atque Promo.is. Sed premo dat preſsi, preſſum. Emo, Emis, Emi, Emptum.

NO.

¶ Verba in. no. deſinentia ſunt nouem.

E quæ

quæ variè dant præteritum atque ſupinum, qualia ſunt Pono, Ponis, Poſui, Poſitum. Gigno. is. Genui, Genitum. Temno. is. Tempſi, Temptum. rarò. Sino. is. Siui, Sitū. Cerno. is. Creui, abſq; ſupino. Sperno. is. Spreui, Spretū. Sterno. is. Straui. Stratū. Lino. is. Liui. vel Lini, vel Leui Litum. Cano. is. Cecini, Cantum. cuius compoſita faciunt præterita per. ui. & ſupina per. entum. vt Accino. is. Accinui, Accentū. Concino. is. Concinui, Concentū.

PO.

Verba in. po. (quæ rarò inueniuntur) faciūt præteritum in. pſi. & ſupinum in. ptum. vt Carpo. is. Carpſi, Carptum. Repo. is. Repſi, Reptum. Sed tamen Strepo, Strepis. facit Strepui, Strepitum: & Rumpo. is. Rupi, Ruptum.

RO.

Verba finita in. ro. varijs modis dant præterita & ſupina. Verro, Verris, Verri, vel Verſi, Verſum. Gero, Geris, Geſsi, Geſtum. Vro. is. Vſsi, Vſtum. Curro. is. Cucurri, Curſum. Quæro. is. Quæſiui, Quæſitū. Tero. is. Triui, Tritum. Sero.

ro.is.Seui,Satum.cuius compositũ, si mu tat significationem, facit præteritum in. ui.& supinum in.ertum.vt Assero.is.Asserui,Assertum. Dissero,Disseris. Disserui, Dissertum.Quod si retinet,dabit præ teritum in.eui.& supinum in.itum.vt Insero,Inseris,Inseui,Insitum. Consero.is. Conseui,Consitum.

SO.

VErba in. so. pauca sunt, quæ habent siui.in præterito,&.situm.in supino: vt Accerso. Accersis. Accersiui. Accersitum.Lacesso.Lacessis.Lacessiui.Lacessitum. Excipiuntur tria, quæ prætereunt in. si. Viso. is. Visi. Visum. Capesso.is. Capessi.Capessum.Facesso.is.Facessi.Facessum.At Pinso dat Pinsui.Pistum,

TO.

VErba terminata in. to. sunt pauca, & varijs modis formant præterita & supina.Ea sunt, Plecto. Plectis. Plexi. Plexum.Flecto. Flectis.Flexi.Flexum .Necto. Nectis. Nexi. vel Nexui. Nexum. Pecto.Pectis.Pexi. vel Pexui.siue Pectiui. Pexum.vel Pectitum. Mitto, Mittis.

Misi, Missum. Verto, Vertis, Verti, Versum. Sterto, Stertis, Stertui, absque supino. Meto, Metis, Messui, Messum. Peto. Petis, Petiui, Petitum. Sisto, Sistis, Stiti, Sed quando est neutrum dat Steti cum Supino Statum. cuius composita faciunt supina per. itum. vt Obsisto, Obsistis, Obstiti, Obstitum. Consisto, Consistis, Constiti, Constitum.

VO.

QVatuor sunt verba in. uo. finita vnica syllaba. Quorũ tria faciunt præterita in. ui. & duo supinum in. utum. nẽpe Soluo, Soluis, Solui, Solutũ. Voluo, Voluis, Volui, Volutum. Caluo, Caluis, Calui, cuius supinum non est in vsu. Viuo tamen dat Vixi, Victum.

XO.

DVo sunt verba finita in. xo. Nexo, Nexis, Nexui, Nexum. Texo, Texis, Texui, Textum.

De Præteritis

quartæ Coniugationis.

Verba

VERBA quartæ coniugationis faciunt in .iui. & aliquando in .ij. per syncopē, & supinum in. itum. ui. mutata in. tum: vt Audio, Audis, Audiui Auditum. Scio, Scis, Sciui, Scitum. Abeo, Abis, Abij, Abitum. Sepelio, Sepelis, dat Sepultum. Excipiuntur tamen Sancio, Sancis, Sanxi, quod aliquando format supinum Sanctum, aliquando Sancitum. Vincio, Vincis, Vinxi, Vinctum. ¶ Item Salio, Salis, Salui, Saltum. Amicio, Amicis Amicui, vel Amixi, vel Amiciui, Amictum. Sepio, Sepis, Sepsi, Septum. Haurio, Hauris, Hausi, Haustū. vel Hausum, quæ interdum faciunt præterita in. iui. Excipiuntur etiam Fulcio, Fulcis, Fulsi, Fultum. Sarcio, Sarcis, Sarsi, Sartum, Farcio, Farcis, Farsi, Fartum. Sentio, Sentis, Sensi, Sensum. Raucio, Raucis, Rausi, sine supino. Venio, Venis, Veni, Ventum. Et denique omnia composita à Pario, Paris, quæ variè faciunt præteritū, nam quædam formant per. ui, quædam per. eri. Sed supinum semper per. ertum. vt Aperio,

Aperis, Aperui, Apertum: Comperio, Cō peris, Comperi, Compertum.

De Supinis verborum Deponentium, & Cōmunium.

CVM Verba Deponentia, atque Communia voce actiua careant: vt illorum supina ritè à præteritis vocis actiuæ formētur, necessariò vox actiua est nobis fingenda in hunc modum. Lætor, Lætaris. Læto, Lætas, Lætaui, Lætatum. Criminor, Criminaris. Crimino, Criminas, Criminaui, Criminatum. Vereor, Vereris. Vereo, Veres, Verui, Veritum. Largior, Largiris. Largio, Largis, Largiui, Largitum.

¶ Pauca tamen longè aliter exeunt: vt Reor, Reris, Ratum. Loquor, Loqueris, Locutum. Sequor, Sequeris, Secutum. Labor, Laberis, Lapsum. Complector,

Complecteris, Complexum. Amplector, Amplecteris, Amplexum. Experior, Experiris, Expertum, & similia. De quibus exempla tibi apud Autores occurrent.

Considerationes Verborum.

¶ Verba Actiua supinis carentia.

NONNVLLA sunt verba Actiua, à quibus supina minimè in vsu inueniuntur, neque participia, quæ à posteriori supino generantur, qualia sunt.

Arceo.es.Arcui.	Timeo.es.Timui.
Metuo.is.Metui.	Luo.is.Lui.
Respuo.is. Respui.	Lambo.is.Lambi.
Scabo.is.Scabi.	Scando.is. Scandi.
Ango.is.Anxi.	Ambigo.is. ambegi

cum alijs, quæ suis in locis annotata sunt.

Neutra ſupinis carentia.

INVENIVNTVR etiam quædam neutra abſque ſupinis, & participijs futuri in rus. ea ſunt.

Æſtuo, as. Æſtuaui. Sido. is. Sidi.
Indo. is. Indi. Satago. is. Sategi.
Obedio, Obedis, Obediui. & ſimilia.

ITem verba Neutra Secundæ coniugationis mittentia præteritum in. ui. diuiſas: vt Lateo, Lates, Latui. Studeo, Studes, Studui. Caleo, Cales, Calui. Præter hæc ſex verba.

Noceo, Noces, Nocui, Nocitum.
Doleo, Doles, Dolui, Dolitum.
Pateo, Pates, Patui, Paſſum.
Placeo, Places, Placui, Placitum.
Valeo, Vales, Valui, Valitum.
Soleo, Soles, Solui, Solitum.

Deponentia ſupinis carentia.

SEX in vſu reperiuntur Deponentia, quæ ſupinis deſtituuutur, ſed illa ſupplentur per alia verba eiuſdem generis, & ferè ſignificationis qualia ſunt, Reminiſcor, Reminiſceris, Recordatus ſum, vel fui. Veſcor, Veſceris, Paſtus ſum, vel fui. Medeor, Mederis, Medicatus ſum, vel fui. Liceor, Liceris, Licitatus ſum, vel fui. Liquor, Liqueris, liquefactus ſum, vel fui. Opperior, Opperiris, Oppertus ſum, vel fui.

CArent præterea ſupinis verba, quæ præteritis caruerunt: vt Aio, Ais. Gliſco, Gliſcis. Caleſco, Caleſcis. Frigeſco. Frigeſcis. Furio, Furis. Ferio, Feris. quæ duo vltima ab Inſanio, Inſanis, Inſaniui, Inſanitum, & à Percutio, Percutis, Percuſſi, Percuſſum, ſua præterita cum ſupinis mutuò capere poſſunt.

E vno De

De varietate quadam Verborum.

AD hæc ſunt quædam verba, quæ per diuerſas coniugationes variantur.

Lauo, Lauas.	Lauo, Lauis.
Sono, Sonas.	Sono, Sonis.
Rideo, Rides.	Rido, Ridis.
Tergeo, Terges.	Tergo, Tergis.

¶Et alia de quibus velut obiter nonnihil in ſingulis coniugationibus eſt dictum.

¶ Præterea ſunt verba diuerſarum coniugationum, ſed tamen diuerſi generis: vt.

Duro, Duras.	Dureo, Dures.
Tueor, Tueris.	Tuor, Tueris.
Miſereor, Miſereris	Miſeror, Miſeraris.

¶Denique ſunt alia variæ ſignificationis, & diuerſarum coniugationum, vt.

Dico, Dicas.	Dico, Dicis.
Lego, Legas.	Lego, Legis.
Volo, Volas.	Volo, Vis.

Et ſimilia. ¶Reliquas autem conſiderationes cõſultò prætermittimus, cum ferè omnes ſuis locis explicuerimus.

¶Finis ſecundi libri.

Perbreues & vtiles expositiones in librum quartum de constructione partium orationis.

QVONIAM verbum orationis est forma, sine quo oratio perfecta constitui non potest, idcircò sibi principem locum in hoc quarto libro vendicat, cuius disputationẽ à nullo loco cõmodiùs exordiemur quam à diffinitione.

¶ Verbũ est pars orationis per modos & tempora variabilis, quæ actionẽ vel passionem significat: vt Diligo.is. Diligor.eris.

¶ Verba sunt duplicia aut Personalia aut Impersonalia.

¶ Personalia sunt, quæ certos numeros ac personas in vocibus suorum temporũ habent: vt Colo, Colis. Audio, Audis.

¶ Impersonalia sunt, quæ certis numeris & personis in suis temporibus carent: vt Pœnitet, Curritur. De quibus paulò inferiùs erit tractatio.

Verba

¶ Verba rursus personalia in quinque genera diuidũtur, Actiuum, Passiuum, Neutrum, Deponens, atque cõmune, quæ voce & modo significandi distinguntur: vt in singulis generibus constabit.

¶ Actiuũ verbum est illud quod desinit in .o. vt duco, & habet passiuum in. or. vt Ducor. Excipiuntur tamen verba defectiua, qualia sunt: Facio. is. Do. Das. Noui. Cæpi. & similia, quod à frõte postulat nominatiuum personæ agentis, vnde exit actio verbi. & à tergo accusatiuum personæ patientis, in quem migrat actus verbi: vt Obsequium parit amicos.

¶ Genus hoc in sex spargitur species, siue ordines, siue classes, iuxta differentiam reginimis posterioris.

De prima specie.

Verba primæ speciei post se accusatiuum petũt, qui vel personam vel rem inanimatam significat: vt Colo principes. Diligo virtutem. Quæ interdum Geminum accusatiuum pro eadem re captum exposcunt: vt Video te sapientem. Appellas me fortem. Atque etiam casus cõmu-

nes: vt Cædam te mihi virgis, qualia sunt verba amādi, ferendi, incipiēdi, impugnandi, capiendi, placandi, lassandi, laxandi, abdicandi & alia propè innumera.

De secunda specie.

VErba secundæ speciei præter accusatiuum genitiuo vel ablatiuo gaudent: vt Impleo pateram vini vel vino. Accusas me coniurationis, vel coniuratione. Cuiusmodi sunt verba implendi cum oppositis, accusandi, damnandi, conuincēdi, & aliquando absoluendi, & admonendi.

¶ Item verba emendi, vendendi, & extimandi. Verba tamen implendi interdum fiunt actiua sextæ speciei, vbi præpositio de. ablatiuo additur causa restringendæ generalitatis: vt Impleo nauem de omni genere piscium, & apothecam de varia vinorum natura. Præterea verba accusandi cadunt in sextam classem, cum verbis dānandi: vt Accusabo te de capitali pœna. Hic iudicem de repetudis damnauit. Sed verba accusationis semper cum his ablatiuis nominum adiectiuorum construuntur, vtro, videlicet. neutro, altero, ambobus

in plena be ... causa res... ingend... ne ... cum

bus

bus, plurimis, nullo & alijs. Atque his aliquando præpositio. de. additur: vt Vtro me accusas, vel de vtro, non vtrius. de plurimis me ille accusauit, non plurimorum. Idem dic de cæteris.

De Verbis precij.

VERBA cuiuslibet generis precium significãtia, qualia sunt. Emo, Coemo, Vendo, Reuendo, Veneo, Mercor, extimo, Taxo, & similia, construuntur cum ablatiuo precium significãte: vt Ego spem precio non emo. Equum extimo quinquaginta numis aureis. Nõ hoc viciosa nuce mercabor. Excipitur tamen verbum Valeo, Vales, quod indifferenter cum accusatiuo & ablatiuo construitur, vt Hic liber valet quatuor nũmos argẽteos, vel quatuor nũmis argẽteis. Præterea verba quorũ actus mercede fiunt, gaudẽt etiam ablatiuo, Cuiusmodi

iuſmodi ſunt. Doceo, Erudio, Formo, Facio, Ago. Effodio, atque alia: vt Ille docet talento: è ſeruo te feci libertū ſummo precio. Sed excipiuntur hi genitiui, Tanti, Quāti, Pluris, Minoris, Tantidē, Quantidem, Quātiuis, Quātilibet, & Quāticunque, qui ſub genere neutro ſubſtātiuè capiuntur: vt Tāti ædes mercatus ſum, quāti agrū. Minoris palium tibi vendā, quam ſubuculā. Sed vbi ſubſtātiua in ablatiuo ſibi jungunt cum illis in eodem caſu apponuntur, præter Tantidē, et Quantidē, quæ duo nomina datiuo & ablatiuo carent: vt Veſtes tuas tanto precio reuēdis, quanto emiſti. minori mercede hoc a te factū fuit, quā à Petro. Obſeruabis tamē aliqua eſſe adiectiua quæ cauſa breuitatis in ablatiuo abſque ſubſtātiuis collocātur: vt Magno Minimò, Paulò, Vili, Paruo, Caro, cum alijs. Verg. in. 2. Æne. Et magno mercētur Atridæ. Terēt. in. 2. Comæ. Niſi vt te redimas captū, quā queas minimò, ſi nequeas paulò. Demitur quoq; genitiuus aſsis, qui verbis extimationis iūgitur, & hi genitiui magni, parui, permagni, maximi, plurimi,

nihili,

nihili. Nauci, Flocci, Terūci, huius, & Pili vt Non aſsis facio te. ſiue Nō aſſe facio te. Magni ducitur nobilitas, Parui ab ſtultis fit ſapientia. Nihili pendo ſuperbum. vel Pro nihilo pendo. qui ablatiuus cum eadem præpoſitione. pro. Solet etiam his verbis adiungi. Duco ſilicet Habeo, Sum, es, fui. vt Tua iactantia pro nihilo eſt ducenda. Siue Pro nihilo eſt apud me.

De tertia ſpecie.

VErba tertiæ ſpeciei præter accuſatiuum cum Datiuo ex ſua natura conſtruuntur, vt Do vela ventis. Me totum Philoſophiæ trado. qualia ſunt verba dandi, præponendi, cum oppoſitis, Mutuandi, Suadendi, Diſſuadendi, Dicendi, Credendi, Cōmittendi, & alia quamplurima tam ſimplicis quam compoſitæ figuræ. Aliqua tamen ex his inueniuntur, quæ vltra accuſatiuum poſtulant geminum datiuum, vt Hoc mihi vitio vertis? Verg. in Æglog. Dono mihi quam dedit olim, hoc eſt, in donum. At verbum Do, Das, cum alijs ad primam ſpeciem refertur, vbi datiuus in accuſatiuum conuertitur. vt Do

ad

ad te literas. Mitto ad amicum libros. Ad patrem remittis munera.

De quarta ſpecie.

HVius ſpeciei verba præter accuſatiuum principalem exigūt alterum minus principalem, vt Doces me Dialecticam. Rogo te difficilia, & accuſatiuus principalis ſemper eſt perſona patiēs, at minus principalis qui verborū explet cōſtructionem, qui nunquam mutatur. Verba huius Claſsis ſunt docendi, dedocendi, monendi, orandi, interrogandi, petēdi, cingendi, induendi, calciandi, cum oppoſitis, quibus additur Cœlo. as. Aliquando tamen verba docendi in aliam ſpeciē cadunt: vt Docebo te de rebus geſtis. Inſtituo te eloquentia, & pleraque alia hoc modo, Oro à Deo veniam, petis à me honeſta. Induam te veſte. vel induam tibi veſtem.

De quinta claſſe.

VErba quintæ ſpeciei vltra accuſatiuū poſtulāt ablatiuum ſine præpoſitione: vt Dono te libertate. Spolias me veſtibus. Quæ aliquando alterum effectiuum præter accuſatiuum ſibi vindicant ſed ex

F conſtru

constructione communi, vt Senatus donauit te corona laurea tuis triumphis. Verba istius ordinis sunt donandi, spoliandi, satiandi, onerandi, exonerandi, percutiendi, priuandi, mutādi & afficiēdi cum alijs. Sed verbum Afficio.is. suam significationē cōmodatò ab effectiuo accipit, vt Afficis me beneficijs. Afficiam te voluptate.

De sexta specie.

VErba sextæ speciei vltra accusatiuū regunt ablatiuum cum his præpositionibus. à. vel. ab. abs. è. ex. vel. de. vt Accepi à te libros. Ab amico honesta peto. qualia sunt verba abstinendi, accipiendi, eripiendi, amouendi, discendi, intelligendi, impetrandi, defendendi, audiendi, & similia. Sed verba eripiendi aliquando sunt tertiæ speciei, vt Eripuisti virginē lenoni. At Audio. is. ad primam classem refertur vt Audio sacrum maxima attentione, sitque neutrum secundæ speciei pro obedio vt Audio tibi. Quod sub hac significatione rarò fit absolutū. Verg. Nec audit currus habenas, hoc est, Obedit habenis. Cicero. Nūquam labêre si te audies, idest,

Si te

Si tibi obedies. Itẽ eſt quintæ ſpeciei, quoties ad infamiã & laudem reſfertur. Cicc. Marcus Craſſus ſurdaſter erat, ſed illud peius quòd malè de ſe audiebat. Bene audio de te, & de amicis.

De verbis paſsiuis

VERBVM paſsiuum eſt illud quod exit in. or. vt Rogor, & habet actiuũ in. o. vt rogo, quæ difinitio ſemper de verbo paſſiuo integro traditur.

¶ Verbum Paſsiuum eſt duplex. Alterum finitur in. o. atque id eſt neutrum tertiæ & quartæ ſpeciei vt caleo. es. Vapulo. as. Alterum exit in or. vt moneor. eris. de quo nunc agimus & vtrunque regit ante ſe nominatiuũ perſonæ patiẽtis, & poſt ſe ablatiuũ cum his præpoſitionibus à, vel ab, vel abs, vel datiuum pro perſona agenti: vt Virtus diligitur à me, vel mihi. Raro tamen expoſcit accuſatiuum cum præpoſitionibus. penes, & apud: vt Apud vos coluntur parentes.

SPecies verbi paſsiui ſex ſũt, vt verbi actiui, quatenus generatur à verbo actiuo.

De prima ſpecie.

VErba primæ ſpeciei conſtruuntur cũ ablatiuo & præpoſitionibus. à. ab. vel abs. vel cum datiuo pro perſona agenti: vt Exercitus ducitur ab Imperatore. vel Imperatori.

De ſecunda ſpecie.

VErba huius ſpeciei præter perſonam agentem genitiuo vel ablatiuo gaudent: vt Patera impletur à me vini, vel vino.

De tertia ſpecie.

TErtiæ ſpeciei verba vltra perſonam agentem cum datiuo conſtruuntur: vt Epiſtola datur à me tibi. Neque dices mihi tibi. Cauſa tollendæ ambiguitatis, quæ ineſt vtrique datiuo.

De quarta ſpecie.

QVartæ ſpeciei verba præter perſonam agentem petunt accuſatiuũ: vt Tu doceris à me Dialecticam.

De quinta ſpecie.

¶ Verba quintæ ſpeciei vltra perſonam agentem

agentem exigunt ablatiuum ſine præpoſitione: vt tu donaris à iudice libertate.

De ſexta ſpecie.

VErba ſextæ ſpeciei vltra perſonam agentem regunt ablatiuum cum præpoſitione. à. vel ab. atque abs, vt Frater ereptus eſt à me ex hoſtibus. Neque dices à me ab hoſtibus, ne oratio fiat ambigua.

De mutandis orationibus vocis actiuæ in paſſiuam.

QVOTIES verbum actiuum fit paſsiuum, perſona patiens mutabitur in nominatiuum, & agens in ablatiuum cum præpoſitione. à. vel ab. aut in datium, & verbum actiuum ſub eodem tempore, & modo, fiet paſsiuum. Caſus tamen minus principalis non mutabitur. Hoc modo. Accuſo te furti, vel furto. Tu accuſaris à me furti, vel furto. Ille docet te literas. Tu doceris ab illo literas.

Idem de reliquis dicatur. Sed hæc præceptio patitur exceptionem cum pronomine Sui: vt Mulieres colunt se. Mulieres coluntur à se. Antonius amat se. Antonius amatur à se. & vbi verbum actiuum imperatiui modi regit post se accusatiuum. me. vt Magister doceme. O magister fac vt ego docear abste. Aduerte tamē huiusmodi oratiões. Fænero tibi nūmos. Mutuo tibi pecunias non posse in verba pasſiua cōuerti, quoniam Fæneror & mutuor sunt verba Deponentia. Quamobrem eas sic mutabis. Tu fæneraris à me nūmos. Tu mutuaris à me pecunias. Prætereà quædam sunt verba pasſiua, quæ eodem sensu manente nequeunt in vocem actiuam mutari, qualia sunt. Linquor animo. Virgines capiebantur, decem milites desiderati sunt in bello, rum peris inuidia. Conduntur Tybridis alueo, & similia.

*

De

De Verbis Reciprocis & Vocatiuis.

VERBA Reciproca, vt Scribor, Habeor, Iudicor, prædicor, Agnoſcor, (& quæ vulgo dicuntur vocatiua) ſiquidem per ea nobis nomina imponuntur, qualia ſunt, Dicor, Vocor, Nominor, Appellor, Nūcupor, & ſimilia, repetunt poſt ſe caſum ſimilem præcedenti, vt Scribor ſapiens. Ego nuncupor Blaſius. & reciprocatio eſt eiuſdē rei in eandē reditio. Quæ duplex eſt aut rei, Vbi perſona agēs & patiens. Idem ſignificāt. vt Narciſſus dilexit ſe. aut caſus, quoties caſus ſimilis præcedēti cū verbis tàm vocis actiuæ, quàm paſsiuæ repetitur: vt Ambulo lætus. Diceris beatus. reliqua autorum lectio docebit.

De verbis Neutris.

NEVTRVM verbum eſt illud, quod exit in.o.& non habet paſsiuum in or. vt Studeo, Studes, in quo à verbo actiuo diſcrepat.

¶ Verbum neutrum dicitur à particula ne. quæ pro non accipitur, & à nomine vter.a.um. propterea quòd nec prorſus eſt genus actiuum, neque paſsiuum, cum ſub voce.o. modò actiuè modò paſsiuè accipiatur: vt Seruio Deo. Puer vapulat à magiſtro.

¶ Verbum neutrum eſt duplex, vel actiuum, vel paſsiuum, vt ex ſuperioribus liquet. Sed à quibuſdam neutro paſsiuum additur. vt Soleo.es. Solitus ſum vel fui. Gaudeo.es. Gauiſus ſum vel fui.

¶ Hoc genus in quinque diuiditur claſſes ſiue ordines cum tot modis apud doctiſsimos viros poſt ſe cōſtructum inueniatur.

De prima claſſe.

VErba primæ claſsis regunt poſt ſe genitiuum vel ablatium: vt Egeo medici, vel medico. Satagis harum rerum, vel his rebus, qualia ſunt, verba inopiæ, & copiæ,

piæ, constandi, satagendi: & abstinendi. Sed Careo.es.& Vaco.as. frequentiùs ablatiuo quam genitiuo gaudent: vt Cicero. Doleo, quòd tandiù carui fuctu iocundissimæ consuetudinis tuæ. Idem. Præsertim cum in quo accusabar, culpa vacarem. Memini & Sum, es, fui. causa genitiui quem post se regunt, huic classi addicuntur, vt Memini loci, & diei, virtus est hominis.

De secunda classe.

VErba secundæ classis ex sua natura datiuum post se postulant: vt Parco iræ. Incumbo studijs vel in studia. Cuiusmodi sunt verba cedendi, obediendi, placendi, displicendi, fauendi, seruiendi, dolēdi, hærendi & metuendi, cum alijs, quæ te varia autorum lectio docebit. Cadunt etiam in hanc classem (datiui causa) omnia à verbo Sum, es, fui, composita: vt Adsum contioni. Præsum copijs. Præter Possum Potes. Verg. Dicite Pyerides, non omnia possumus omnes. Sed ex illis quædam absoluta reperies, vt In amore multa insunt vitia. Longe abes à me.

De tertia Classe.

VErba tertiæ classis construũtur post se cum ablatiuo sine præpositione: vt Ardes amore Dei. Ille feruet ira, quæ dicuntur verba passiua quoniam passionem aut innatam aut illatam significant: vt Ardeo furore. Cales igne. Passio innata dicitur ea, quæ intus nascitur, & illata quæ exterius nascitur: vt Facile est ex superioribus exemplis intelligere, cuiusmodi sunt verba Calendi, Ardendi, Frigendi, Algendi, Fragrandi, Manandi, Flagrandi, cum verbis finitis in .sco. quæ etiam incrementum vtriusque passionis significãt, vt Feruesco ira. Pallescis dolore. Calesco sole, & deriuantur à verbis neutris secundæ coniugationis à quorum secunda persona præsentis indicatiui addita, co. formanda sunt, vt à Caleo. es. Calesco. is. à Tepeo. es. Tepesco. is. Illa tamen à suis primitiuis causa resolutionis differunt, cũ per nomina Adiectiua cũ fio, Fis. resoluãtur, vt Calesco iracũdia, hoc est, calidus fio iracũdia. Petrus macrescit rebus opimis, hoc est, Macer fit rebus opimis, at primitiua in ad

iectiua cum Sũ, es, fui. diſſoluũtur, vt Cales amore, hoc eſt, Calidus es amore. Ille pallet timore, i, Ille eſt pallidus timore.

De quarta Claſſe.

NEutra quartæ claſsis more verborum paſsiuorum conſtruuntur, vt Puer vapulat à matre ſua. Templum fit à me, quæ neutra paſsiua appellantur, tùm cauſa ſignificationis quia paſsionem illatam ſignificant, Tùm etiam gratia conſtructionis, vt exempla ſuperiùs data planè demõſtrant. Verba tamen huius ordinis ſunt. Exulo. as. Vapulo. as. Veneo. is. Liceo. es. Fio, Fis. cum compoſitis Caleſio. is. Madeſio. is. & Frigeſio. is. Sed Exulo. as. quod extra ſolum ire ſignificat, vix cũ ablatiuo rei animatæ cõſtruitur, vt Exulas à prætore, ex Antonij placito. Frequenter tamen gaudet ablatiuo rei inanimatæ, vt Exulas ab vrbe. Ille exulauit à patria. Verbũ Fio plerunque extimationẽ ſignificat, vt plurimi fis à me, & efficitur reciprocũ, vt fio doctus aſsiduo labore. & ponitur abſolutè, vt Teren. Ita (vt fit) illuc ſecum vnà perduxêre meum.

De quinta classe.

VErba quintæ classis nullum post se regunt casum pro persona patienti nisi media præpositione: vt Viuo in vrbe. Sedeo apud te. Quæ absoluta propriè dicuntur cum persona patienti careant. Reliqua verò minus propriè, hoc est, priuatione casus: vt si dixeris. Ego amo. Sed huius classis verba sunt eundi, viuendi, natādi, standi, ambulandi, attinendi, certandi, & alia propè innumera. Obseruabis tamē verba certandi interdum cum datiuo more Græco constrUi. Verg. Placido, ne etiā pugnabis amori? Idem. Montibus in nostris, solus tibi certet Amynthas.

De constructione verbi Sum, es, fui.

HOC Verbum dicitur substantiuum quod sustantiam significat, vt Deus est omnipotens, aut quia alijs verbis in coniugatione & resolutione

ne semper inest. vt Amor. aris. Amatus sum vel fui. Diligo virtutem, hoc est, sum diligens virtutem, quod post se cum nominatiuo construitur, vt Tu es cultor virtutis. Sub qua constructione dicitur reciprocum. Contingit tamē quòd nominatiuus posterior sub diuersa persona atque numero à præcedenti in oratione apponatur, vt Ego non sum tu. Deus est omnia. Item genitiuo gaudet, vt Liber est Antonij. Palium fuit Petri. Tùm etiā datiuo quando capitur pro habeo. es. vt Est mihi mater. & interdum duobus, vt Patria est mihi magno gaudio; hoc est, ad magnum gaudium. Cum accusatiuo nullo modo construitur nisi media præpositione, vel vsu antiquorum, vt Hoc est penes te. Plau. Quid tibi tactio est hanc rem? id est, Cur tangis hanc rem? Quod nō imitaberis. Denique construitur cum ablatiuo media præpositione, vt Omnes sumus sub cœlo. vel cum septimo casu, vt Tu es vir eximia pietate. Aliquando ponitur absolutè, vt Deus est vbique. Sed cum hoc nomine Opus indeclinabili, quod rerum inopiam signifi-

ſignificat omnibus ferè caſibus iungitur. vt Opus eſt tibi liber. Artis erat opus. Opus eſt tuo iudicio. Sed vbi fit adiectiuum capitur pro Neceſſarius.a.um. & tantùm in nominatiuo & accuſatiuo reperitur. Cic. Dux & autor nobis opus eſt. Terē. Video hæc opus eſſe, hoc eſt, neceſſaria eſſe.

De varijs Verborum conſiderationibus.

Prima conſideratio.

SVnt quædam verba quæ repetũt poſt ſe caſum ſimilem præcedenti, vt Exiſtit inutilis. Extat incorruptus. Tu manes imperterritus. Ego viuo felix. Vtinam forem ſapiens, & ſimilia.

Secunda conſideratio.

ALia ſunt abſoluta, quæ fiunt reciproca, vt Incedo triſtis. Ambulo lætus. Euado doctus. Dormis reſupinus. Eſto rectus, & ſimilia.

Tertia conſideratio.

¶ Verba hæc. Comedo, Exedo, Bibo, Po-

to,

ro; Semino, Sero, Aro, Exerceo, semper sunt Actiua contra Grāmaticos antiquos, nam tametsi hoc videatur naturæ repugnare in hunc modum orationes cōstituere. Ego comedor. Tu araris. Idcirco sermo latinus non debet esse mācus, cum in Grāmatica ferè semper de congruitate orationum agatur, quæ præceptio doctissimorū virorum autoritate confirmatur. Inquit Iuuena. Et cito rapturus de nobilitate comessa, quod superest. & Terentius. Propino tibi hominem exedendum.

Quarta consideratio.

VErba naturæ qualia sunt, Noctescit, Diescit, Lucescit, Ningit, Pluit, Intonat, Rorat, Grandinat, Serenat, Aduesperascit, & similia, in tertia persona singulari frequētissimè inueniuntur. Terē. Luscescit, sed cesso hostiū vicini pultare. Idē. Aduesperascit & non nouerunt viā. Sed aliquādo oībus numeris & personis cōstant, vt Rorate cœli desuper, & nubes pluāt iustum. Quæ cùm in tertijs personis reperiūtur resoluēda sunt per nomen & verbum Sum, es, fui, aut Fio, fis, vt diescit, hoc est;

dies

dies eſt. aut fit, noctescit, ideſt, nox eſt aut fit ſiue fieri incipit.

Quinta conſideratio.

NVllum eſt verbum ſiue actiuum, ſiue alius generis, quod non poſsit fieri abſolutum, ſi poſt ſe non regat caſum pro perſona patienti, vt Ego amo. Loqueris ſapienter. Ille ſeruit diligenter.

Sexta conſideratio.

MVlta ſunt verba neutra quæ cõſtruũtur cum accuſatiuo rem verbi ſignificante per figuram Archaiſmon, vt Ego viuo vitam. Eo iter. Certo certamen. Pugno pugnam. Pecco peccatum. Cum quibus nonnunquam accuſatiuus mutatur in nominatiuum, vt peccatum peccatur à me. Ouidi. Vixi annos bis centum, iam tertia viuitur ætas.

Septima conſideratio

OMnia verba cuiuſcũque generis ſint, cum accuſatiuo vel ablatiuo ſignificante tempus conſtrui poſſunt, vt docui te honeſtos mores duos annos, vel duobus annis. Tu ſeruies hæro octo menſes, vel octo mẽſibus, at verò ſpecies temporis

ideſt,

id eſt pars, ſemper in ablatiuo apponetur, vt tu hoc anno creatus es prætor capitalis, & genus, in accuſatiuo, & etiam in ablatiuo, vt ſuprà exemplis mõſtratum eſt. Quibus caſibus aliquando præpoſitio adhibetur. Verg. Vrbs antiqua ruit, multos dominata per annos. Horatius, Vt iugulent homines, ſurgunt de nocte latrones.

Octaua conſideratio.

MVlta ſunt verba neutra, quæ media figura Enallagê, cum accuſatiuo conſtruuntur, quia pro verbis actiuis accipiuntur, vt Depereo virginem, id eſt, Perditè amo virginem, nec vox hominem ſonat, id eſt, nec vox ſonando reddit, aut refert hominem.

Nona conſideratio.

ALia neutra inueniuntur, quæ ex proprietate linguæ latinæ Accuſatiuo gaudent, vt hæc domus olet vnguẽta. Doleo vicem tuam. Dicenda tacendaque calles, & ſimilia.

Decima conſideratio.

SVnt etiam complura verba, quæ cum Accuſatiuo vel Ablatiuo ex vi ſpatij

vel menſuræ, conſtructa reperies, vt Hoc patet latum vnguem, vel lato vngue. Itẽ alia cum accuſatiuo exui Sinedoches, & id apud Poëtas tantùm, vel media præpoſitione, vt Albeo dentes, id eſt, Habeo albos dẽtes. Caleo manus, id eſt, Habeo calidas manus. Verg. Quas vento acceſſerit oras.

Vltima conſideratio.

OMnia verba datiuum ex vi acquiſitionis regere poſſunt, vt Sapientiam mihi amo. Dormis tibi. Verg. Cui pendêre ſua paterêris in arbore poma.

De verbis deponentibus.

VERBVM Deponẽs eſt illud, quod exit in. or. & nõ habet actiuũ in. o. retinetque tñ actiui & aliquando verbi paſſiui ſignificationẽ, vt Recordor conſilij. Triſtor calamitatibus, quod à deponendo deriuatur, quatenus alteram ſignificationem depoſuit, quam olim habuit.

buit. Hoc genus in sex spargitur species. De quibus sigillatim dicemus.

De prima specie.

VErba Deponẽtia primæ speciei genitiuũ ex sua natura post se exposcunt, vt Misereor tui, qualia sunt Misereor, Obliuiscor, Reminiscor, Recordor. Additur Potior, vt Alexander potitus fuit rerum. Sed tamen omnia huius clasſis verba in alias cadũt species, vt Deus misereatur nobis. Obliuiscor Græcos. Reminiscor crimẽ, recordaris cõsiliũ, potior optata arena.

De secunda specie.

DEponẽtia secundæ speciei ex transitione obliqua à tergo construuntur cum Datiuo, vt Auxilior amicis, qualia sunt Opitulandi verba, Refragrandi, Adulandi, Gratulandi, Irascendi, Assentiendi, Insidiandi, atque alia. Aduertendum tamen est, hæc tria verba, Gratulor, Assentior, & Minor, præter Datiuum regere Accusatiuum; vt Gratulor tibi aduẽtum (tametsi præpositio ob, vel ꝓpter, ex quorundam sentẽtia intelligi posſit.) Sed in his exemplis assentior tibi sententiam

Minaris mihi mortem. Nulla eſt ſubaudienda præpoſitio.

De tertia ſpecie.

VErba Deponentia tertiæ ſpeciei à tergo poſtulant Accuſatiuum perſonæ patientis, vt conſolor orbum, cuius claſsis ſunt verba Solandi, Deteſtandi, Sequendi, Adipiſcendi, Fatendi, Diffitendi, Loquendi, Precandi, Hortandi, & alia quam plurima, quæ nequeunt numero certo cõplecti. Duo tamẽ aduertas. Alterum eſt, quòd verbum Precor aliquando geminũ Accuſatiuum ſibi vendicat: vt Precor te hanc veniã. Alterum eſt, quòd omnia verba huius ordinis habent Participium futuri in.dus. Significationis paſsiuæ, vt filius eſt mihi hortandus, hoc eſt tibi fatẽdum.

De quarta ſpecie.

VErba quartæ ſpeciei à parte poſteriori petunt Ablatiuum abſque præpoſitione, vt Delector meis rebus, cuiuſmodi ſunt Lætor cum compoſitis, Vtor, Abutor, Potior, Veſcor, Fungor, & Fruor. Sed ex his Lætor.aris. nonnunquam ſit abſolutum, vt Lætatus ſum in his quæ dicta

ſunt

ſunt mihi. Reliqua ex conſtructione antiqua efficiuntur Deponētia tertiæ claſsis. Hoc modo, vtor panem, abuteris operam. Fungor officium, & ita de cæteris.

De quinta ſpecie.

VErba quintæ ſpeciei cum nullo caſu conſtruuntur niſi media præpoſitione, vt Tumultuaris in formatorio, qualia ſunt, Iocor, Graſſor, Labor, Philoſophor, Ruſticor, & ſimilia, quæ verba abſoluta proprie ſunt dicenda, aut neutra quintæ ſpeciei, cauſa conſtructionis.

De ſexta ſpecie.

DEponentia ſextæ ſpeciei à tergo gaudent Ablatiuo cum his præpoſitionibus. à. ab. ex. è. vel de. vt Marcus fuit ortus à præclara ſtirpe. Ea ſunt. Orior, Naſcor, Patior, Proficiſcor, Egredior, & Queror, verūtamen ablatiuus cum verbo Naſcor. eris. Præpoſitionē reſpuit, breuitatis cauſa. Sallu. Catilina nobili gñre natus, ſed ingenio malo, prauoq; fuit. ſed tamen Patior. ris. accuſatiuū etiā regit cum ablatiuo, vel abſque illo, vt ruſtici patiuntur iniurias à ciuibus. Verg. O paſsi grauiora

De Verbis Communibus.

COMMVNE verbum est illud, quod exit in .or. & non habet Actiuum in. o. & retinet actiui, & passiui significationem, vt Amplector te, & à te. Diciturque cõmune à præpositione com, & à nomine Munium. ij. propterea quòd suum munus verbo Actiuo, & Passiuo cõmune habet. Quoties enim Actionem significat, construitur vt Actiuum, hoc modo. Tu criminaris latronem. Vbi verò Passionem, vt verbum Passiuum, vt Latro criminatur abs te.

¶ Huius generis perpauca reperiuntur: qualia sunt Amplector, Amplecteris. Cõplector, Complecteris. Osculor, Oscularis. Criminor, Criminaris. Experior, Experiris. Veneror, Veneraris. Interpretor, Interpretaris. Largior. iris. cum quibus fit Amphibologia, vbi absolutè ponũtur, vt Antonius criminatur. Quæ nobis semper

effugienda est, prætereà vnum hoc in fine huius disputationis, aduertendum est, gerundium genitiui, supinum, & participia præsentis & futuri in .rus. ab his verbis Actiuè semper capi, cum partes eis oppositæ passionem significent.

De verbis Impersonalibus Actiuæ vocis.

VERBVM Impersonale est duplex, Actiuæ vocis & passiuæ. Illud est vocis Actiuæ, quod est simile tertijs personis numeri singularis verbi personalis Actiuæ vocis, vt Pænitet, Pænitebat. Pudet, Pudebat, quod in præterito sit simile circumloquio verbi Impersonalis vocis passiuæ, vt Misertum est vel fuit. Placitum est vel fuit. Impersonale vocis Passiuæ, fit simile tertijs personis singularibus verbi Personalis Passiuæ vocis, vt Itur, Statur.

¶ Verbum Impersonale Actiuæ vocis in quinque distribuitur formas, siue species, quoniam apud grauissimos viros tot modis post se constructum inuenitur.

De prima specie.

VErba primæ speciei genitiuum Actiuè, vel Passiuè captum postulāt & infinitiuum, vel orationem subiunctiui, vt Regis interest Rem pub. defendere, vel vt defendat. Blasij refert musas colere, vel vt colat. Quæ aliquando Accusatiuum pro Genitiuo cum præpositionibus ad. vel in. regunt. Cice. Equidem ad nostram laudē non multum video interesse. Vnde excipiuntur hi quinque Genitiui. Mei, Tui, Sui, Nostri, & vestri, quia passiuè accipiūtur. Item sibi adiungunt quosdam Genitiuos extimationē significantes, & quasdam dictiones, quæ extra aliarum legem, hoc est, sine regimine in oratiònibus ponuntur, vt Tanti Antonij interest literis incumbere, quanti Petri. Magni refert adolescētis voluptates odio habere, aliquid præceptoris interest, Quintilia. Multum enim refert, quid & à quo audiamus.

Con-

¶Conſtruuntur præterea cum his Ablatiuis, Mea, Tua, Sua, Noſtra, Veſtra, & Cuia, vt Mea intereſt Deo ſeruire. Tua intereſt patrem timere. Noſtra vel veſtra intererit artes diſcere, cuia intereſt docere, eius intereſt ſalariũ capere Sed Mea, Tua, Sua, autores vtũtur neceſsitatis cauſa, qm̃ Mis, Tis, Sis, receſſerũt ab vſu: reliquis verò affinitatis gr̃a. Sed oẽs prædicti ablatiui capiuntur ſubſtãtiuè etiã ſi in fœminina terminatione apponantur, quo circa alijs ſubſtantiuis iungi nequeunt niſi per circumlocutionem, hoc modo, mea qui ſum pater intereſt obiurgare filium. Tua qui es diſcipulus refert præceptori morem gerere. Iunguntur tamen his adiectiuorum formulis Vnius, Solius, Ipſius, vt Mea vnius vel ipſius intereſt principes colere. Item participijs præſentis & nominibus numeralibus quæ dicuntur ordinalia, vt mea legentis & tua audientis refert Dei opem inuocare, noſtra duorum vel trium intereſt non violare amicitiam, denique iungi ſolẽt his Genitiuis omnium, multorum, paucorũ, vniuſcuiuſque, vt Noſtra

omnium, vel paucorum, vel duorum interfuit in certamen descendere.

¶ Verba aũt huius ordinis duo sunt, Interest & Refert, & etiã Est, Erat, quod significationis & cõstructionis gratia adijcitur: vt filij est obedire patri. Non est sapientis dicere, non putarã. Quod nunquã cum Ablatiuo Pronominum possessiuorum construitur, Si doctissimos viros cõsulamus Quocirca illa sibi adiunget in Nominatiuo sub genere neutro posita, vt Meum est tacêre. Terẽ. Tuum est ignoscere, si quid præter spẽ euenerit. Deniq; Interest cõponitur ab in. & re. Ablatiuo nominis Res, Rei, & Sũ, es, fui. & Refert ab eodẽ nomine & Fero, Fers. Sed vbi Intersum, Interes, fit personale componitur ab inter, & sum. & Refero à re. præpositione & Fero, Fers. vt Intersum lectioni. Varia refers.

De secunda specie.

IMpersonalia secundæ speciei regunt datiuum atque Infinitiuum, vt Contingit mihi ire, vel vt eam, qualia sunt verba contingentiæ, vtilitatis, claritatis, atque etiam hæc, placet, libet, licet, præstat, sufficit, cõ

petit

petit, & ſiqua ſunt alia, atque hæc duobus modis fiunt neutra ſecundæ ſpeciei, vel cum Infinitiuus degenerat in vim nominis, vel vbi habent certum numerum, & perſonam cum ſuppoſito in oratione expreſſo. Hoc modo. Accidit mihi ſebrire, pro, Febricitatio mihi accidit. Proſpera tibi contingunt. Omnia licent, ſed nō omnia expediunt homini.

De tertia ſpecie.

VErba tertiæ ſpeciei præter Accuſatiuum exigunt Infinitiuum, aut tempus Subiūctiui cum particula. vt. hoc modo. Delectat me audire, vel vt audiam. Ea ſunt, Iuuat, Delectat, Oportet, Decet, quibus addūtur Fugit, Præterit, Latet, & Dedecet, quæ paſsim Perſonalia inueniuntur, aut cùm Infinitiuus fit nomē, aut vbi certis numeris, & perſonis conſtant. Vergi. Non omnes arbuſta iuuant, humileſque myricæ. Cicero. Reliqua ſunt epiſtolarum genera duo, quæ me magnopere delectant. Excipitur tamen Oportet, quod rarò (vel potiùs nunquam) Perſonale reperies.

De

De quarta ſpecie.

QVartæ ſpeciei verba præter Accuſatiuum poſcũt infinitiuum verbi impersonalis quintæ ſpeciei, aut verbi imperſonalis paſsiuæ vocis, vt impſonalia ſint. in hũc modum. Solet bonos pænitere. Incipit me tædere vitiorum. Deſinit ab omnibus certari. Nihil mihi noceri poteſt. Alias verò perſonalia ſunt, vt Incipio legere. Debeo canére. qualia ſunt Incipit, Solet, Debet, Deſinit, & poteſt. quæ nõnunquam præteritum verborum imperſonalium paſsiuæ vocis ſortiuntur: vt Inceptũ eſt ſtari, Deſitum eſt concertari.

De quinta ſpecie.

VErba quintæ ſpeciei vltrà Accuſatiuum poſtulant Genitiuum, vel Infinitiuum, vt Pænitet me peccati, vel peccare: & hæc ſunt propriè verba imperſonalia (ſi vlla ſunt) aut quia illa certis numeris, & perſonis carent: aut quoniam genitiuus, vel infinitiuus, nõ eis ſuppoſitũ reddit. qualia ſunt Pænitet, Pudet, Piget, Miſeret, Tædet, & Miſereſcit (quamuis cum compoſitis plura inueniantur) ea ſunt Di

ſpudet

ſpudet, Perpudet, Diſtædet, Pertædet, & ſimilia. Sed aduerte verbum Pænitet, aliquando parum videri ſignificare. Vergi. Nec te pæniteat, calamo triuiſſe labellũ. Terẽ. At enim dices, me quãtum hic operis fiat pænitet, id eſt. Parũ videtur. Præterea Pudet, Piget, Miſeret, & Tædet habent quoque præteritum circũloquio ſimile, vt Puditum eſt conſilij. Miſertum fuit virginis. Pertæſum eſt thalami, (tametſi hoc vltimum potiùs à cõpoſito Pertædet deſcẽdat, quam à ſimplici Tædet.)

De verbis Imperſonalibus paſsiuæ vocis.

VERBVM Imperſonale vocis paſsiuæ, ſemper ſignificat actionem. Oui. Viuitur ex rapto. Vergi. Ventum erat ad limen. Et deriuatur à verbis neutris quintæ ſpeciei. Vergi. Itur in antiquam ſyluã. Idem. Hic iam tercentũ totos regnabitur annos. & aliquando à

neutris

neutris secundæ speciei. Sallust. Nihil mi hi noceri potest. Oui. Si mihi non partis, puero parcatur Iulo. Promanat quoque (sed rarò) à verbis Actiuis absolute captis, & à verbis deponētibus. Vergi. Vsq; adeò turbatur agris. Cice. Tertia hora ludebatur, bibebatur, vomebatur. Cōstruiturq; cum Ablatiuo significāte generalitatem, media præpositione. à. vel. ab. & interdū cum Ablatiuo singulari pro persona agen ti, at verò post se gaudet casu verbi vnde venit, vt Ab omnibus reclamatur. Cice. Quòd si abs te meis rationibus prouisum esse intellexero. Quod inuentum fuit cau sa locupletādi linguā latinam. Et illius re solutio est facienda per verbum Persona le sub eodem tempore, & modo, atq; abla tiuus in nominatiuū conuertetur, vt à mi litibus pugnatur, hoc est, milites pugnāt.

¶Habet verbum impersonale duo Participia, Præteriti, & Futuri in. dus. Quæ Substantiuè in genere neutro cum verbo Sum, Es, Fui. capiuntur, vt Itum est. Eundū est. Ab Itur, Ibatur. Cursum est, Currendum est. à Curritur, Currebatur.

De

De Infinitiuis.

INFINITIVVS varijs modis accipitur, primo ꝑ nominē, vt Apud Persium sci re tuū nihil est. Secundo pro præterito imperfecto indicatiui modi. Terē. Ille clā mordêre, id est, mordebat. Tertio pro gerundio genitiui, & accusatiui ad imitationē Græcorum. Virgi. Nec sit mihi cura mederi, id est, medendi. Idem. Et cantare pares, & respondêre parati, id est, ad cantandum & respondendum. Quarto pro Participio præsentis & futuri in. dus. Terentius. Ferre in cœnā seni, id est, Ferentē. Maro. Magnū dat ferre talentū, id est, ferendū. Vltimo, in sua natura, vt Legére. His præhabitis (vt omnis ambiguitas à nostra disputatione tollatur) Infinitiuus est modus quidam, qui caret certis Numeris & Personis, vt Docêre. In quo non differt à Verbo Impersonali. & indiget Verbo alicuius modi,

vt

vt perfectum sensum significet, vt volo in seruire amicis, & in hoc ab impersonali discrepat.

¶ Infinitiuus dicitur quia non habet determinatos numeros & personas, nisi determinetur (nam causa suæ determinationis ad certum numerum & personam refertur) vt Volo avdire. Me amare sapientiam vtile est.

¶ Infinitiuus est duplex vel Actiuus, vt Colere, vel passiuus, vt Coli. Est etiam Infinitiuus Esse. verbi Sum, es, fui, de cuius uaria structura paulò post disputabitur.

De Constructione Infinitiui Actiui, & Passiui.

INFINITIVVS qui Actiuè accipitur Accusatiuũ personæ agentis postulat, & aliquãdo Nominatiuum causa verbi determinãtis, post se verò casum verbi vnde proficiscitur, vt

Me

Me diligere virtutem. Deo seruire & voluptatibus carêre laudabile est, interdum tamen oratio fit dubia, vbi Accusatiuus personæ agentis & patientis antecedunt Infinitiuum, vt Aio te, æacida Romanos vincere posse. Quæ prorsus tanquam vitiosa nobis est fugienda. Infinitiuus verò passiuus à fronte regit accusatiuum personæ patientis, & Nominatiuum ratione verbi determinantis; & à tergo Ablatiuũ cum præpositione. à. vel. ab. vel Datiuum pro persona agenti, vt Deum amari à me vel mihi fœlicissimum est. Lectio ab adolescentibus repeti debet. Tu vis à Patre vapulare.

De Syntaxi Infinitiui Esse.

VERBVM Infinitiuũ Esse, semper post se repetit casum præcedenti similem, siué casus qui præcedit, expiicetur siué in oratione intelligatur.

vt Ille cupit esse tuus amicus. Natura dedit omnibus hominibus esse beatis, vel beatos, quoniam subauditur ante Infinitiuum Accusatiuus illos, verùm vbi geminus casus præcedit esse, casus qui subsequitur magis principali respondebit, vt Videor mihi esse doctus, sed non docto. Volo me esse Poëtam, & non Poëta. Eadem præceptio de Infinitiuis verborum Reciprocorum est tradenda, de quibus vnum aut alterum dabitur exemplum, vt Cupio vocari bonus. Videris tibi appellari sapiens, sed non sapienti.

De determinatione Infinitiui.

DETERMINARI Infinitiuum nihil aliud est, quam ad certum numerum & personam referri, quibus ille caret, vt Tu desideras esse diues. Iocundum est audire Philosophiam. Cuius determinatio est duplex,

vel alius partis, vel ſuppoſiti, vt ex ſuperioribus exemplis ſatis conſtat.

¶ Infinitiuus determinatur, tùm à Verbis, tùm à Nominibus, tùm à Participijs. Denique à Nomine ſimul & Verbo. Primùm determinatur à Verbis voluntatis, viſus, & auditus, vt Volo de Re pub. agere. Audio literas eſſe tibi ornamento. Item à Verbis principij, & finis, & ab impersonalibus vocis Actiuæ, vt Incipio diſputare. Tua refert audire. Item etiam à Verbis potentiæ, linguæ, & à Reciprocis, vt Potes me adiuuare. Aiunt te eſſe Rectorem. Rex creditur venturus eſſe. Videor mihi eſſe beatus. Poſtremò determinari ſolet ab his Verbis Spero, Confido, Memini, & alijs propè innumeris, vt Spero me conſecuturum eſſe Magiſtratum. Memini me legere, vel legiſſe. Cuncti ſe ſcire fatentur. Sed Spero vbi capitur pro Credo, iungetur Præſenti, & Præterito Infinitiui. Cicero. Spero noſtram amicitiam non egêre teſtibus. Terentius. Spero illum reperiſſe Sororem. At memini frequentiùs Præſenti,

quam præterito adhibetur. Vergi. De cœlo tactas, memini prædicere quercus. Prætereà determinatur a nominibus substantiuis, & adiectiuis, vt Opus est colere. Vergi. Mihi iussa capessere fas est. Certus ire, vel eundi. Incertus nauigare, vel nauigandi. Dignus amari. & à Participijs, vt volēs legere. Timens currere. & denique à nomine & verbo simul, vt Sanctum est tacêre. Conducibile est Philosophiæ studêre.

De Circūloquijs

Futuri Infinitiui modi, tam vocis Actiuæ, quam Passiuæ.

CIRCVMLOQVIVM est quidam verborum circuitus, vt Credis Regē esse vēturum Toletum. Quod duplex est, vel voluntariū, vel necessarium.

¶ Illud est voluntarium, quo pro voluntate nostra vtimur, & est prope innumerum, vt missum me fac, pro Dimitte me.

Necessa

¶Necessarium est, quo necessitate sermonis latini vtimur, ne ille sit mancus, hoc modo. Spero me adepturũ esse laborum præmium.

¶Circumloquium necessarium est etiam duplex, tàm in Futuro Infinitiui vocis actiuæ, quâm passiuæ.

¶Prius Circumloquium vocis Actiuæ fit ex priori Supino, & Infinitiuo Ire: vt Spero me auditum ire Concionem.

¶Secundum conflatur ex Participio Futuri in rus, cum Infinitiuo Esse, vel Fuisse: Quod omnia genera vtriusque numeri habet, vt Confido me dilecturum esse virtutem. Spero sorores dilecturas esse virtutem.

¶Prius tamen Circumloquium Passiuæ vocis fit ex priori Supino, & Infinitiuo iri verbi impersonalis vocis passiuæ: quod Passiuè capitur causa circumlocutionis, & vsus autorum. Teren. Qui postquam audierat vxorem non datum iri filio.

¶Secundum fit ex Participio Futuri in dus cum infinitiuo esse, vel fuisse, & hoc quoq; habet omnia genera vtriusque nu

meri, vt Credo amicitiam colendam esse à me, & Spero Principes colendos esse abs te. Sed aduertendum est, quòd quoties Verbum Supinis caret, debet quoque his Circumloquijs carêre, quorum defectus aut per ambages quasdam, aut per verba integra eiusdem significationis supplendus est, vt Spero quòd te profectus non pænitebit.

De Gerundijs.

GERVNDIVM est, alia pars orationis per casus declinabilis, gerens significationẽ, & aliquãdo constructionem Verbi, vnde descendit: quod à Gerendo emanat, vel quia significatum, & aliquando structuram sui Verbi gerit, vel quia administrationem Rei significat.

¶ Gerundium est duplex, Substantium, & Adiectiuum. Substantiuum exit in. di. do. dum. & variatur instar nominis Substantiui, vt Amandi, Amando, Amãdum.

¶Adiectiuum terminatur indus.da.dum. quod conuenit cum Substantiuo in genere, numero, & casu, vt Voluenda Dies.

DE CONSTRVCTIONE Gerundiorum.

GErundia tàm substantiua quàm adiectiua, nullum ante se regunt casum, (Solius enim verbi est à fronte pro supposito petere) at post se casus verborum postulant, vnde nascuntur, vt Tempus est diligendi virtutem. Seruiendi Deo, & carendi voluptatibus. Excipiuntur tamen omnia Gerundia significantia passionem, siue illa sint Substantiua, vt Memoria colendo augetur, hoc est, dum colitur, siue Adiectiua, vt Venio ad numerandas pecunias. Item Gerundia Verborum Reciprocorum etiamsi Actionem significent, vt Est tibi mos, vt incedas tristis. Non autem incedendi tristis. Nobis est cupiditas, vt euadamus sapientes, sed non euadendi sapientes. Ratio esse potest, quia non præcedit Rectus,

cui ſubſequens caſus reſpondêre debeat, aut quia ſic vſus doctiſsimorum virorum habet.

DE GERVNDIIS Adiectiuis.

GErundia Adiectiua exeunt in. dus.a. dum.vt Diligendus.a.um. & ſemper paſsionem ſignificant cum quadam rei ad miniſtratione, vel conſuetudine. Deriuanturque à verbis paſsiuis, & cõmunibus, vt Amandus, Criminandus, & nõnunquam à verbis Deponentibus tertiæ ſpeciei, vt Verſor in mandatis tuis exequendis, & iungunt ſibi ſubſtantiua, cum quibus in genere, numero, & caſu conſentiunt, vt Deſiderium eſt diſcipulis audiẽdæ lectionis. Ille eſt aptus gerendo bello. Veni ad ſalutandos amicos. Delector legendis autoribus. Prætereà Gerundia nominatiui reſoluuntur per verbum paſsiuum præſentis indicatiui modi. & Qui, quæ, quod. aut per verbale in. bilis. vt Voluenda dies id eſt, quæ voluitur, aut volubilis. Lectio legen-

legenda, hoc est, quæ legitur, vel legibilis, quæ à nominibus substātiuis determinantur. Sed Gerundia aliorum casuum in Gerundia substantiua eiusdem casus dissoluentur, vt: Est tibi munus enarrandi Ciceronis. hoc est, Enarrandi Ciceronem. Venio ad audiendam orationem, hoc est, Ad audiendum orationem. Idem dic de alijs. Rarò tamen Gerundium Datiui resoluitur, vt Sum aptus legendis libris, id est, Legendo libros. Sed aduertendum nobis est, Participia futuri in, dus. ab his Gerundijs multum differre, quoniam nunquam rei administrationem significant, sed tempus futurū: & resoluuntur per Futurū imperfectū Indicatiui modi, & sibi casus suorū verborū vendicāt, vt Ratio est habēda mihi, id est, habebitur. Deus est nobis amandus, id est, Amabitur. At dubitatur an semper nobis liceat vti Gerundio adiectiuo. Respondeo. Non. Vbi in oratione est malus sonus, vt Si dicas hic dies attulit mihi initium dicēdorum eorum, quæ vellem, cum potiùs sit dicendum. Hic dies attulit mihi initium dicendi ea, quæ vellem.

DE GERVNDIIS Substantiuis.

GErundia Substantiua reperiuntur in Nominatiuo, Genitiuo, Datiuo (etsi per rarò) Accusatiuo, & Ablatiuo, vt Audiendum est mihi. Est tibi cura audiendi lectionem. Ille est aptus audiendo Rethoricam. Venisti ad audiendum grauissimos Autores. Delector audiendo Præceptorem.

DE GERVNDIO NOMInatiui Substantiuo.

GErundium hoc fit semper ex quadam voce finita in .dum . cum verbo Sum, es, fui, vnde determinatur, quod Actionem significat, vt Legendum est nobis. Præterquam à neutris tertiæ, & quartæ speciei, vt vapulandum est, & post se regit Datiuum, & post hunc casum, Verbi structuram, vnde descendit, vt Seruiendum est nobis Deo. Vobis vtendum fuit consuetudine mea. Sed hoc, Suspendendum

dum est frena, & Amandum est tibi Deũ, inelegantèr dicitur, & minus vsitatè, cum potiùs huiuscemodi orationes componendæ sint per Participium futuri in. dus. vt Suspendenda sunt fræna, & Deus amandus est tibi. Inducitq; necessitatem quandam, ex quo fit, vt per verbum Oportet, cum Infinitiuo, vel per Nomen Opus indeclinabile resoluatur, hoc modo, Nobis elaborandum est, ne tempus frustra conteratur, id est, Nos oportet elaborare, vel Opus est nobis elaborare.

DE GERVNDIO Genitiui.

HOc Gerundium semper terminatur in. di. & Actionem significat, vt Legendi, Seruiendi, Præterquam à Neutris tertiæ, & quartæ Speciei, vt Calendi, Vapulandi (& si ab Actiuis admodum raró accipiatur Passiuè) quo non vtémur. Ouidius. Ille sedet, citharamq; tenens preciumque vehendi, hoc est, vt veheretur, quod

quod determinatur à nominibus substantiuis, atque adiectiuis, vt Antonio est cura inseruiendi amicis. Ego sum certus currendi. Tu es timidus currendi.

DE GERVNDIO Datiui.

GErũdium hoc à verbis actiuis, & neutris primæ, secũdæ, & quintæ speciei. Item à Deponentibus, & Communibus in Actiua significatione, actionem significat, vt Soluendo, Carendo, Loquendo, Criminando. Ab alijs vero paßionem, vt Calendo, Amplectendo, & determinatur à verbo Sum, es. fui, vt Non sum soluendo tibi. Et à Verbis, Nominibus, & Participijs datiuum post se gerentibus, vt Vaco agro colendo. Amicus est aptus literis perdiscendis. Consuetus legendo.

DE GERVNDIO Accusatiui.

HOc Gerundium à verbis significantibus actionem, significat actionem, vt Dili-

Diligendum, Seruiendum, & ab alijs passionem, vt Vapulandum, Amplectēdum, quod frequenter determinatur ab his præpositionibus, ad, ob, propter, inter, ante, & à verbis motum explicitum, vel implicitum significantibus, vt Eo ad audiēdum. Sto ad intelligendum. Venis ad numerādas, vel propter numerādas pecunias. Determinatur quoque à nominibus adiectiuis, vt Tu es promptus ad discendum. Hic est par, siué paratus ad respondēdum. Annotabis tamen quòd Gerundia adiectiua harum præpositionū determinatione priuātur, cum his verbis Do, Loco, Cōduco, Mando, Curo, Propino, Suscipio, & reliquis, vt Do tibi filium adoptandum. Suscipio libros emendandos.

DE GERVNDIO Ablatiui.

GErundium Ablatiui exit in. do. quod à verbis significantibus actionem, accipitur Actiue, & à significantibus passionem, significabit passionem, vt Ab amando,

do. à Seruiendo, Loquendo, Criminādo. Determinatur ab his præpositionibus ab. à. in. de. è. ex. cum. &. pro. vt Cultura dicitur à colendo. in nauigando venti posuerunt. ex deffendendo, quam ex accusando maior gloria comparatur. Item à Verbis Letitiæ, cum quibus præpositio non explicatur, vt Gaudeo docendo literas. Delectaris audiendo autores. Sed quoties Gerundium hoc Paſsiuè capitur, abijcit præpositionis determinationem, vt Fæmina vrit videndo, id eſt, dum videtur. Memoria colendo augetur, id eſt, dum colitur.

¶ Animaduertas oportet, Gerundium genitiui Adiectiuum numeri singularis, rectè iungi substantiuo plurali: Tametsi hoc conuenientiæ Adiectiui cum Substantiuo repugnare videatur. Sueto. Exacta iocandi licentia, diripiendique pomorum, & obsoniorum. Plautus. Nominandi tibi istorum magis erit, quam edundi copia. Verumtamen nos hanc antiquorum consuetudinem non imitabimur.

De

De Supinis.

SVPINVM est, decima pars orationis indeclinabilis finita in.um.vel in.u.quæ sibi significationem, & interdum constructionem Verbi vnde deriuatur, vendicat.

¶ Supinum, propriè vnde nascatur, non habet, quod duplex est, Prius, & Posterius. Prius semper exit in. um. vt Amatum, Visum. Posterius verò in.u. vt Amatu, Visu.

DE PRIORI SVPINO.

PRius Supinum semper significat Actionem, Præterquam à Neutris tertiæ, & quartæ speciei, & determinatur à Verbis motum explicitum, vel implicitum significantibus, vt Eo oratum causas. Venis petitum veniam. Do filiam nuptum. Venum do Seruos, quod post se Casum sui Verbi postulat,

vt

vt Is aratum terram. Seruitum Regi, & resoluitur per substantiuum media particula, vt. Hoc modo, venis auditum lectionē, id est, vt audias lectionem. Sed hæc oratio cum similibus fit etiam per Gerundium Accusatiui, & elegantiùs per Participium Futuri in. rus. vt Venis ad audiendam lectionem, vel auditurus lectionem.

DE POSTERIORI Supino.

POsterius Supinum semper significat passionem, quoniam à verbis passiuis, & communibus venit, vt Amatu, Criminatu. Determinatur à nomine adiectiuo vel capto substantiuè in genere neutro, vt Res horrēda dictu, Incredibile auditu, & nullum post se casum regit pro persona agenti, vt Dignum factu, quodquidem resoluitur per tēpus subiunctiui, aut alijs modis, vt indignū dictu, id est, vt dicatur, vel dum, vel quando dicitur.

De

De differentia ablatiui quartæ declinationis cum posteriori Supino.

QVONIAM quispiam meritò dubitare potest, an in hac oratione ciuis est dignus gubernatu. Gubernatu sit nomen, an verbum supinum, ex adiunctis auferetur dubitatio. Nam cum est nomen, genitiuum regit, & nomen adiectiuum admittit, ac denique præpositionem recipit, hoc modo, Bonus ciuis est dignus magno gubernatu Reipublicæ, & nunquam ex gubernatu Reipublicæ recedit. Cæterùm vbi Supinum est, omnibus his caret, & solùm à nomine adiectiuo determinatur, & in verbum passiuum dissoluitur, vt Bonus ciuis est dignus gubernatu, id est, vt gubernetur.

De Participijs.

PARTICIPIVM est pars orationis declinabilis, quæ pro Verbo accipitur, vt Ego sum amans vxorem, id est, Ego amo vxorem. & pro alia parte orationis cum Verbo, vnde deriuatur, vt Diligo discipulum laborātem, id est, qui laborat. Me legente tu audis, id est, Cum ego lego. Genera & casus, cum declinationibus instar nominis habet, & omnia verbi accidentia, præter modos explicitos, atque personas.

¶ Participium dicitur à nomine Pars, Partis, & à Verbo Capio, Capis. Quoniam partem suorum Accidentium capit à Nomine, partem à Verbo, & partem capit ab vtroque. A Nomine capit Genera & casus, cum Declinationibus. à Verbo significationem & tempora, cum constructione. Ab vtroque Numerum, & figuram. Neque ob id intelligas Participium his Accidentibus priuari, sed potiùs illa habêre, ad similitudinem Nominis & Verbi.

De significatione Participiorum.

PArticipium præsentis & futuri in.rus. semper significat actionē, nisi sit à neu tris tertiæ, & quartæ speciei, vt Audiens, Auditurus. Seruiens, Seruiturus. Vapulans, Vapulaturus.

¶Participiū præteriti, à verbis significāti bus actionē, significat actionē, vt Solitus, Locutus, ab alijs passionē, vt Amatus, Criminatus, sed hæc regula nō est vsq; quáq; vera, nā multa participia præteriti nō habēt suorū verborū significationē, vt argutus, cōtētus, falsus, osus, iuratus, & similia.

¶Participium verò futuri in. dus. à quocunque Verbo deriuetur, semper significat passionem, vt Docendus, Carendus, Loquendus. Præterea Participium inuentum fuit, causa breuitatis & elegantiæ, vt sum petiturus auxilium, aut necessitatis gratia, vt Mulieres ornant se, ne visæ irrideātur (tametsi eadem oratio per verbum componi posit) non tamen

ita eleganter, & concinè, vt per Participium.

DE CONSTRVCTIONE Participiorum.

PArticipium, vt pars deducta à verbo ge rit omnes illius casus, vt Diligens virtutem, Inseruiēs amicis, Cariturus vitio, Amatus à filijs, Amandus ab vxore, quod quinque modis in vim nominis degenerat. Primo, mutatione constructionis, vt appetens alieni, doctus Grāmaticæ. Secū do, amissione temporis, vt Deus est aman dus, id est, dignus amari. Ouidius. Militat omnis amans, & habet sua castra cupido. Tertio, vbi ex se Cōparatiuum, & Super latiuum generat, vt à Doctus, Doctior, Doctissimus. à Sapiens, Sapientior, Sapientissimus. Quarto, causa cōpositionis, vbi Participiū caret origine verbi, vt innocēs, indoctus. Vltimo, quoties mutat significatū verbi, vt Diligēs, Negligēs. Dubitatur tñ an participiū futuri in rus. in vim nominis đgeneret, Respōdeo degenerare, quate-

quatenus mutat tēpus, vt Plinius iunior. Confero quinquaginta millia nūmûm, pluscollaturus, nisi à verecūdia tua. Collaturus, dixit, non tàm significans tempus, quàm voluntatem, & animum conferendi. ¶ Item oritur dubitatio, an liceat hoc modo loqui. Hic Episcopus est Reuerendissimus, vel colendissimus. Respondeo, Licenter licêre, & si minus eleganter, quare potiùs est dicēdum, Hic Episcopus est admodúm reuerendus, aut perquàm colendus. Idem dicatur de cæteris.

De Constructione Nominum.

VT VERBA & partes ab illis deriuatæ, cum casibus construuntur, sic & nomina, & primùm aliqua sunt, quæ Genitiuo ex proprietate linguæ latinæ gaudent, vt Integer vitæ, Sceleris purus, Dubius itineris, Cupidus honoris. Et Participia in vim nominum transeuntia, vt Pa

tiens laboris, Negligens amicorum, Victus animi, Doctus Grãmaticæ. Verbalia quóque terminata in. or. quæ formantur à posteriori Supino. u. mutata in. or. vt Ab Amatu, Amator, à Doctu, Doctor; quæ omnia actiuè capiuntur, præter Vector, quod aliquando capitur pafsiuè,

¶ Item finita in. trix. Quæ formantur à masculinis. tor. in. trix, vt ab Amator, Amatrix. Ab Accusator, Accusatrix. & illa significant semper actionem, vt Doctor Gentium. Amatrix veritatis. Quæ interdùm postulant Datiuum. vt Fautor amico, Aduersatrix viro.

¶ Præterea Superlatiua Genitiuo Plurali gaudent, cùm ad plures sui generis comparentur, vt Plato fuit sapientisfimus Philosophorum, & aliquando Genitiuo Singulari Nominis tantùm Collectiui, vt Diomedes fuit fortisfimus gentis Danaûm. Comparatiua quoque (vbi comparatio fit inter duo) vt Manuum Dextera est fortior. Alia sunt quæ regunt Genitiuum, vel Datiuum,

vt

vt Fidus amici, vel Amico. Similis patris, vel Patri. Quæritur tamen an aliquid intersit inter hunc modum loquendi. Tu es similis Matris, vel Matri. Respondeo. Per Genitiuum significari morum similitudinem, & per Datiuum. Oris.aut Corporis. Sed hoc confunditur, vt Terentius. Haud similis est Virginum nostrarum.

¶ Quædam etiam sunt, quæ Genitiuum exigunt vel Ablatiuum, vt Satur panis, vel pane, Refertus cibi, aut cibo. Dignus honoris, vel honore. Datiuo insuper non pauca iunguntur, vt Charus suis, Iucundus Amicis, Aptus bello, Idoneus literis.

¶ Verbalia finita in. bilis. (modò passionem significent) eodem gaudent casu, vt Amabilis cunctis, Visibilis nulli. Quæ ferè semper generantur à secunda persona Præsentis Indicatiui modi. s. mutata in. bilis. vt ab Amo, Amas. Amabilis. à Lamentor, Lamentaris, Lamentabilis, & illa frequentèr resoluuntur

per Qui, Quæ, Quod, & per tempus præsens Indicatiui modi, vt Amabilis cunctis, id est, Qui amatur à cunctis. Mulier lamentabilis, id est, Quæ lamentatur.

¶Complura sunt nomina adiectiua, quæ vsu Poëtico media figura Synedoche accusatiuo adhærent, vt Niger oculos, Flauus capillos, Albus dẽtes, & similia. Quæ resoluuntur per Participium habens.tis. hoc modo. Tu es horridus barbam, id est, Habens horridam barbam. Niger oculos, id est, Habens oculos nigros. Item finita in. bundus. & significantia spacium, sed citra figuram, vt Populabundus agros. Hic pons est latus viginti pedes, vel pedibus.

¶Sunt etiam quædam nomina, quæ ablatiuo gaudẽt, media præpositione, vt Alienus à culpa, Secũdus ab Hercule, Oriundus ex Africa. Sed Ortus.a.um. differt ab Oriundus.a.um. Nam Ortus est Participium præteriti, & significat differentiam loci in quo aliquis natus est, vt Ortus Romæ, vel Toleti. Oriundus verò est nomẽ deriuatiuæ speciei, & significat differentiã loci

loci, vnde aliquis ducit genus suum, vt Oriundus ex Italia, vel Gallia.

¶ Quædam quoque septimo casui iungũtur, vt Egregius forma. Præclarus virtute. Præditus sapientia. Singularis Eloquẽtia. Quæ formula sic etiam variari potest. Ille est singularis eloquentiæ, vel singulari eloquentia. Idem dic de similibus.

¶ Nomina denique Comparatiua cum Ablatiuo sine præpositione, vel aliquando cum ea construuntur, vt Marcus Tullius fuit eloquentior Quintiliano. Iulius Cæsar, hæres erat, & ex duobus filijs scriptus maior. Item cum casu simili præcedenti, media coniunctione. quàm, ac, vel atque, aut cum Ablatiuo media præpositione. pro. & coniunctione, quàm, vt Nemo est fortior quàm amicus meus. Maiorem præ te fers iactantiam, quàm pro nobilitate generis.

De ablatiuo absoluto.

ABLATIVVS sex modis ponitur absolutè. Primo, per duo nomina substantiua, vt Carolo Imperatore Vrbs Tunetum expugnata fuit. Secundo, per nomen substantiuum & adiectiuum, vt Hoc patre inuito, factum fuit. Tertio, per nomen, & pronomen, vt Me Præceptore, fecisti progressus in literis. Quarto, per Pronomen, & Participium, vt Me legente, tu audies. Quinto, per Nomen atque Participium, vt Blasio docente, tu gaudebis. Vltimo. per Participium tantùm Præteriti. Horatius. Excepto quòd non simul esses, cætera lætus. Sed hic modus est minùs frequens & vsitatus. Oratio verò Ablatiui absoluti frequenter resoluitur per Subiunctiuum media particula cum, vel alia, hoc modo, Me legente, tu gaudebis, hoc est, Cum ego legam. Carolo Imperatore, omnis exercitus Turcarum timebat, id est, Cum Carolus esset Imperator, vel Vbi Carolus Imperator erat.

De Quiſque, & alijs partibus orationis.

HOC nomen Quiſq; iungitur ſuperlatiuo in eodē caſu, & diuerſo cui poſtponitur, vt Sapientiſsimuſquiſque, Maximoquiſque animo contemnit timidum. Aliquando tamen Superlatiuo præponitur cum his particulis, vt, &, ita, tàm, & quàm. Atque etiam comparatiuo, cū Aduerbijs Tantò, Quātò, Quò, & Eò, vt Quiſque nobiliſsimus eſt, ita & clementiſsimus, quò quiſque minus ſcit, eò ſe pluris facit. Iungitur quoque Poſitiuo, cuius ſignificatio creſcére aut minui non poteſt, vt Omnipotens quiſque. Item Poſitiuo habenti vocalem ante, is. vel. us. vnde raró Comparatiuus, & Superlatiuus formantur, vt Strenuus quiſque. Item iungi ſolet nomini Numerali Ordinali, cum quo vnus, vel vltimus ex numero ſignificari poteſt, vt Soluam tibi ex ouibus meis decimāquamq;, hoc eſt,

hoc est vnam ex decem. Quarto quoque anno est Bissextus. Denique quisque adiungitur nomini quotus, Sed semper interrogatiuè, vt Cicero, Quotus enim quisque istud fecisset?

¶Omnis & cunctus, Positiuo & Comparatiuo iũguntur, vt Omnes fortes, vel fortiores. Cuncti sapientes, vel sapientiores. Omnis etiam iungitur superlatiuo, vt Terent. Tace tu, quem ego infrà omnes infimos homines esse puto. Cice. Omni gradu Amplissimo in Repub. dignus.

De aduerbijs finitis in.um.

ADVERBIA finita in. um. vt Tantùm, Quãtùm, Multùm, Paulùm, & similia Positiuo iunguntur, vt Tantùm fortis, quãtùm clemẽs. Multùm facetus. Iunguntur etiam Verbis, & raro Comparatiuis, vt Ego elaboro quantùm possum. Multùm

Multùm euigilas. Iuuena. Quantùm sublimior Atlas.

De Aduerbijs finitis in.o.

ADVERBIA desinentia in.o. Comparatiuo & Superlatiuo iunguntur, vt Tantò doctior, quantò fortior. Tantò doctissimus, quantò fortissimus. Excipiuntur Aliquantò & Paulò, quæ comparatiuo tantùm inhærēt, ne augmentum cum diminutione in oratione cōiungatur. Aliquādo verbis, & his dictionibus Secus, Aliter, Ante, Post, & nomini Alius, Alia, Aliud. adhibentur, vt Tantò præpono Virgilium Homero, quantò posthabeo demosthenem Ciceroni. Multò secus euenire intelliges. Quintilianus. At quantò alius fuit, illius iuuenis infœlicissimus affectus.

¶ Per. frequentissimè iungitur Positiuo, vt Perbonus, Perdoctus, & rarò Superlatiuo.

tiuo. Plinius. Perplurimum hæc ratio valet. Quàm pro quantùm admiratiuè, vel irrisiuè positiuo iungitur, vt Quàm bonus est Deus. Quàm prudens est Alfonsus. Sed pro valde, superlatiuo inhæret, vt Quàm doctissimus. At verò cum verbis potentiæ eidem gradui iungitur, vt Quàm breuissimè possum omnia dico, id est, quantum. (& si particula Quàm potiùs videatur verbo potentiæ iungi, quàm superlatiuo) Perquàm Positiuo adiungitur, vt Perquàm bonus, Perquàm elegās. Hæ duæ Interiectiones dolentis, Hei, & Væ, semper amant iungi Datiuo, vt Hei mihi, qualis erat. Væ tibi causidice. Heu, & o. interiectiones dolentis, seu cōmiserantis, Nominatiuo & Accusatiuo iunguntur, vt Heu pietas. Heu me miserum, ô ego ter fœlix, ô te infœlicem. & quoties ô, sit interiectio exclamantis, ijsdem casibus iungitur, vt ô Iuppiter, ò curas hominum, & cum est aduerbium vocandi adhibetur vocatiuo. vt Verg. ô Melibæe. En. & Ecce Nominatiuo & Accusatiuo iunguntur, vt En Præceptor, vel Præcepto

tate Positiui. De comparatione verò Hyperbolica non fit hîc peculiaris mentio, quoniam ad comparationem propriam refertur, vt Ille est candidior Cygno. Tu es Nigrior Coruo. Neque etiam de abusiua, cum non sit in vsu, quæ si quādo fortassis reperiatur, ad impropriam comparationē per modum expositionis videtur esse reducēda, vt Mare Caspium est dultius quā cætera Maria, hoc est, Minùs amarum.

¶Gradus comparationis sunt tres, Positiuus, Comparatiuus, & Superlatiuus, vt Sapiens, Sapientior, Sapientissimus.

De Gradu Positiui.

GRADVS Positiùus est qui rem vnius dicit, sine mentione alterius, vt Hic est vir prudens, vel est nomen Adiectiuum, vel illi æquipollēs quod ex se Comparatiuum & Superlatiuum generat, vt à Doctus, Doctior, Doctissimus. à Pauper, Pauperior, Pauperri-

mus. Ab Vber, Vberior, Vberrimus.
¶ Positiuus dicitur quia positiuè in oratione ponitur, etsi aliquando cum mentione alterius rei apponatur, vt Hic est similis patris. Æqualis Pompeio. Verùm in his orationibus non fit excessus comparationis, sed similitudinis, & æqualitatis.
¶ Positiuus est duplex aut nomen adiectiuum, vel quod vim illius habet, vt suprà dictum est, aut præpositio, aduerbiũ, aut verbum. Sed minus propriè, quoniam irregulariter comparatiua, & superlatiua ab illis formantur: vt ab vltra, vlterior, vltimus, à Pridem, Prior, Primus. à Detero. is. Deterior, Deterrimus, quamuis potiùs videatur formari à Positiuo. Deter. a. um. quàm à verbo, vt Superior, & Supræmus. à Super. a. um.
¶ Hic Gradus varijs modis post se construitur, de quibus caput de Constructione nominum perlegére oportet.

De Gradu Comparatiui.

Compara-

COMPARATIVVS multis modis cōſiderari ſolet. Primo, partitiuè: vt Aiacum fortior fuit Telemonius. Itē poſitiuè, vbi illius cōſtructio ne gaudet: vt Auidior gloriæ, potiùs quam pecuniæ. Item etiam vt adiectiuum, quatenus conuenit cum ſubſtantiuo: vt homo ſapientior. Sed plus ſignificat quam gradus Poſitiuus. Vergi. Comes ſenioris Aceſtæ. Denique comparatiuè, vt Nemo eſt eloquentior Cicerone.

¶ Comporatiuus eſt, qui ſignificat quantum Poſitiuus gradus, & aduerbium magis: vt Ariſtoteles fuit ſapientior Platone. qui frequenter propoſitiuo capitur, vt tu cæpiſti eſſe clementior, id eſt clemens.

¶ Comparatiuus eſt duplex aut deſinit in.or.&.us.vt nobilior, & nobilius, præter plus, aut exit in.uſculus.a.um.vt Grādiuſculus. Terentius. Thais ſi viuit maiuſcula eſt, quam ego ſum.

¶ Cōparatiuus deſcēdit à nominibus adiectiuis primæ ſecundæ, & tertiæ declinationis, vel ab illis, quæ vim eorū habēt: vt Lo

 cuples,

cuples, Pauper, & alia quæ incrementū siue diminutionē in quātitate, vel qualitate recipiunt, à Paruus, Minor, Minimus, à Fortis, Fortior, Fortißimus, à Pauper, Pauperior, Pauperrimus. à Locuples, Locupletior, Locupletißimus.

De formatione Comparatiui.

QVOTIES Comparatiuus descendit à Positiuis primæ & secundæ declinationis, formatur à Genitiuo singulari secundæ declinationis addita. or. vt à Doctus, Docti, Doctior, & Doctius. à Candidus, Candidi, Cādidior, & Candidius.

¶At verò vbi proficiscitur à Positiuis tertiæ declinationis generatur à Datiuo singulari addita. or. vt à Nobilis, Nobili. Nobilior, & Nobilius. à Fortis, Forti. Fortior, & Fortius. Hæ duæ præceptiones nō sunt vsquequáque veræ, quoniam multa Cōpara-

paratiua irregulariter formantur, vt à Bonus, Melior. à Malus, Peior. à Magnus, Maior, à Nequam, Nequior, à Paruus, Minor. à Iuuenis, Iunior. & similia.

¶ Comparatiuus in propria vi & natura captus, resoluitur per Positiuum cum magis & quam, ac, vel atque, vt Egidius est doctior te, id est, Magis doctus quàm tu es. Interdùm tamen non fit resolutio per nomen, sed per verbum, vt Tu es doctior spe mea, hoc est, quam ego sperabam. Ille est sapientior opinione tua, id est, quam tu opinabaris. Ablatiuus tamen cum quo construitur nomen Comparatiuum, si sit Relatiui. Qui, Quæ, Quod, vel nominis Anomali, non vertitur in Nominatiuum, vt Verg. Rex erat Æneas, nobis quo iustior alter. Nihil est potentius ditione tua. Minimè dices quam qui, vel quam dictio tua. Reliqua ex cogitato breuitatis causa prætermittimus.

De Gradu Superlatiui.

HIC gradus Superlationis varijs etiā modis conſiderari poteſt. Primo, in vi Poſitiui, quando caſum illius ſibi vendicat: vt Tu es mihi iocundiſſimus. Tùm etiā partitiuè, vbi gaudet genitiuo, ex vi partitionis: vt digitorū medius eſt lōgiſsimus. Tùm etiā ſubſtātiuè cum ī genere neutro ponit̃, & p̄ nomē Pars. tis. reſoluitur, vt infimū hominis eſt pes, hoc eſt, infima pars hominis. Denique cōparatiuè; vt Achiles fuit fortiſsimus Græcorū.

¶Superlatiuus eſt, qui pluribus ſui generis comparatus, omnibus antefertur, vel per ſe prolatus ſignificat quantum poſitiuus & aduerbium Valde: vt Tuus pater eſt Hiſpanorū fortiſsimus, vel Pater tuus eſt fortiſsimus, id eſt, valde fortis.

¶Superlatiuus eſt duplex, vel comparatus, vel abſolutus (vt ex finitione cōſtat) qui in varias terminationes exit, aut in. ſsimus. &. llimus. vt Sapientiſsimus, Facillimus, aut ī. rrimus, et, fimus: vt tenerrimus. Infimus. aut deniq; in. ximus. timus, atq; tremus. vt proximus, vltimus, extremus.

¶Nomen Superlatiuũ descendit ab eisdẽ nominibus, vnde Cõparatiuum, quod si proficiscatur à Positiuis primæ & secũdæ declinationis, formatur à genitiuo singulari, addita.s.&.simus. vt à Iustus.a.um. genitiuo Iusti, Iustissimus. Si verò à positiuis tertiæ declinationis generatur à genitiuo singulari addita.simus, vt à Sapiẽs.tis. Sapientissimus. Si verò descendit à positiuis finitis in.er.formatur à recto singulari addita.rimus.vt à Tener, Tenerrimus. ab Vber, vberrimus. Sed hæ regulæ nõ sunt semper veræ, quia multa Superlatiua à suis positiuis irregulariter formantur, vt à Bonus, Optimus, à Magnus, Maximus, à Nequam, Nequissimus. à Malus, Pessimus. à Paruus, Minimus. à Maturus, Maturrimus, & similia, de quibus passim apud autores exempla reperies.

¶Suplatiuus, & cõparatiuus nunquã ab illis nominibus positiuis descẽdent, quorum significatio crescere aut minui non potest, vt Ingẽs, Omnipotẽs, neque à Pronominibus, neque à nominibus numeralibus, neq; à nominibus habẽtibus vocalẽ

ante.is.vel.us.aut rarò, vt Strenuus, Pius, quorum deffectus per aduerbia Magis, & maximè ſuppletur, vt hic miles eſt magis ſtrenuus, quam frater tuus, vel maximè ſtrenuus ex omnibus.

¶ Superlatiuus (facta comparatione) reſol uitur per poſitiuum cum maximè.&.ex.è.vel.de. vt Cicero fuit eloquentiſsimus Romanorum, hoc eſt, ex Romanis Cicero fuit maximè eloquens. Præceptor eſt doctiſsimus huius populi, id eſt, Ex hoc populo Præceptor eſt maximè doctus.

De differentijs ſuperlatiui cum Comparatiuo.

SVPERLATIVVS multis modis differt à Comparatiuo primùm in voce, vt Doctiſsimus, Doctior, & Doctius. Tùm ſignificatione, nam ſuperlatiuus plus ſignificat, quàm Comparatiuus, vt Nobilis, Nobilior, Nobiliſsimus, niſi comparationis gradus poſtponatur

tur, vt Plato fuit ſapientiſsimus, ſed Ariſtoteles ſapientior. Tùm etiam in modo comparationis: Nam Superlatiuus ſemper comparatur ad plures ſui generis, at verò Comparatiuus, tùm ad vnum ſui generis, comparatione propria, vt Hic eſt nigrior te. Tùm ad vnum diuerſi generis cõparatione impropria, vt Chriſtus eſt melior Demone. Ac poſtremò ad plures diuerſi generis, vel eiuſdem cum Relatiuo ſubſtantiæ diuerſitatis, vt Hector fuit fortior Græcis. Antonius fuit doctior reliquis Grãmaticis. Prætereà in conuerſione, nam omnis oratio quæ fit per ſuperlatiuum, conuerti poteſt in comparatiuum cum Relatiuo ſubſtantiæ diuerſitatis, vt Digitorum medius eſt longiſsimus, hoc eſt, medius eſt longior Cæteris digitis. Denique in conſtructione, vt ex ſuperioribus ſatis conſtat.

De diminutiuis.

NOmen diminutiuum eſt, quod ſignificat minus quam ſuum principale,

aut in quantitate: vt à Liber, Libellus, aut in qualitate: vt à Pallidus, Pallidullus.

¶ Diminutiuum nomen tria à suo principali seruare debet, genus, scilicet, declinationē cum significatione: vt ab homo, homuncio.onis. à Senex, Senecio, sed præcipuè significationem seruabit, tametsi reliqua non obseruet: vt ab Ensis, Ensiculus. à Puluis, Puluisculum.

¶ Nomen prætereà diminutiuū quátuor de causis inuentum fuit, primum, necessitatis gratia, ne sermo latinus sit mācus, vt homulus. Tùm blandimenti causa: vt corculum, animula. Tùm etiam causa contēptus: vt homuntio. Denique gratia extrenuādi nostra: vt ingeniollū, munusculū.

¶ Ad hæc nomē diminutiuū nō habet certā rationē qua possit formari, cum in varias exeat terminationes, aut in.io. vt Senex, senecio. aut in.ellus.a.um. aut.illus.a.um. vt à tener.a.um. tenellus.a.um. & à tantus.a.um. tantillus.a.um. aliquando in.iscus, vt à Pā, Paniscus. Interdum etiā in.aster.a.um. vt à pinus, pinaster. à filia, filiastra. ab apium, apiastrum. Sed finita

in.aſter nō ſunt propriè diminutiua cùm
imitationem quandam ſignificent, vt An
toniaſter, dominaſter, præter hæc duo ſur
daſter, & Recaluaſter. quæ in alias deſinē
tias exire poſſunt: de quibus Vallam lege
in capite de diminutiuis.

¶ Sed eſt quæſtiuncula in fine huius diſ-
putationis, vtrùm à Nominibus proprijs
virorum & fœminarum diminutiuum fre
quenter formetur? Reſpondeo. Admo-
dum rarò & in illorum formatione vſum
autorum eſſe attendendum: vt à Tullius,
Tulliolus. à Cornelia, Corneliola. ab Iſa
bella, Iſabellula. Idē de alijs cenſeo eſſe
dicendum.

De Relatiuis.

RELATIVVM eſt, quod
rē antecedētem refert: vt Ver
gi. Ille ego, qui quondam gra
cili modulatus auena. Quod
à referendo dicitur, quoniam
rem Antecedentem & aliquando Sub-
ſequen-

ſequentem noſtro intellectui refert, vt exemplis poſtea patebit.

¶Relatiuum eſt duplex. Subſtantiæ, & Accidentis. Relatiuum ſubſtantiæ eſt illud, quod refert antecedens ſubſtātiuum cum quo eandem rem ſignificat, vt Magiſter docet, qui grauiter punit.

¶ Relatiuum accidentis eſt, quod refert antecedens adiectiuum, vt Doctus eſt diſcipulus, nempe qualis inſtitutor.

¶Relatiuum ſuſtantiæ diſtribuitur in Relatiuum ſubſtantiæ identitatis, & diuerſitatis.

¶Relatiuum ſubſtantiæ identitatis eſt illud quod ſignificat eandem rem numero cum antecedenti, vt Antonius amat ſe.

¶ Relatiuum ſubſtantiæ diuerſitatis eſt, quod rem diuerſam à ſuo Antecedenti ſignificat, non genere aut ſpecie, ſed numero, vt Voluis Vergilium & reliquos Poëtas, quo exemplo ſignificatur Vergilium eſſe Poëtam, ſed diuerſum ab alijs. Vnde aduertēdum eſt præter congruitatem orationis, veritatem quoque cum hoc Relatiuo requiri, nam huiuſmodi oratio. Audio

Cice-

Ciceronem & alios Historicos, longè à veritate abhorret, quamuis sit congrua, cum Cicero non fuerit historicus, sed eloquentissimus orator. Idem dic de similibus.

¶Accidentis relatiua sunt vndecim, qualia sunt. Qualis, & Quale. Quãtus, Quanta, Quãtum. Plurali nominatiuo Quot, Quotus, Quota, Quotum. Quotuplus, Quotupla, Quotuplũ. Quotenis & Quotene. Quotenarius, Quotenaria, Quotenarium. Quoteni, Quotenæ, Quotena. Quotuplex, Quotuplicis. Cuius, Cuia, Cuium. Cuias, Cuiatis.

De Qui, Quæ, Quod.

QVIS vel Qui, est nomen irregulare, quod in nominatiuo quinque habet terminationes, ex quibus Quis, & Quid, interrogatiuè infinitè & aliquan do

do admiratiuè capiuntur: vt quis tu es? ne ſcio quis me manet exitus. Verg. Quis nouus hic noſtris ſucceſsit ſedibus hoſpes? quid hoc eſt? ignoro quid hoc ſit. Terent. Quid ais? & genitiuo gaudent, vt quis ... eſtrûm fecit. Quid rei eſt? aliquando tamē quid officio aduerbij ĩterrogãtis fungitur vt quid taces? id eſt, cur taces? qui & quæ conſiderantur tribus modis. Interrogatiuè: vt Verg, Sed tamen iſte Deus qui ſit, da Tityre nobis? Quæ mulier eſt illa? Infinitè: vt neſcio qui ſit ille (ſed frequentiùs autores in hoc modo loquendi particula quis vtuntur) dubito, quæ mulier ſit illa. Relatiuè, vt ego amo qui doceo. Soror legit, quæ diſputat. aliquando tamen qui eſt aduerbiũ interrogandi, & que coniunctio ſine diphthõgo: vt Qui ſcis? id eſt, quomodo ſcis. Verg. ô rex hominumque Deumque. quod etiam totidem modis accipitur: vt quod animal eſt hoc? neſcio quod animal ſit hoc. Eſt animal quod dicitur homo. Fit aliquando coniunctio, vt gaudeo quòd bene vales, vel valeas. Obſeruabis tamen hoc nomen Quis vel Qui

Quæ, Quod vel Quid. ſub diuerſis caſibus capi pro Qualis, & Quale. & Quantus, Quanta, Quantum, vt Ne quis ſim, quæris? id eſt, Qualis. Quem ſeſe ore ferens? hoc eſt, Qualem, Quæ humanitas eſt illa? id eſt, Quanta. Qua prudentia es tu ornatus? id eſt, Quanta.

De Sui, & Suus Sua, Suum.

SVI eſt pronomen defectiuum, & reciprocum cum relatiône, vt Narciſſus dilexit ſe. Cuius deriuatiuũ eſt etiã reciprocum & relatiuum, vt Petrus mihi iuſsit, vt ſuas ſorores acerſerẽ. Quod cum antecedẽti conuenit gratia ſenſus, & cum ſubſequenti in voce. Interdum tamen deſinit eſſe Pronomen reciprocũ, vbi capitur pro adiectiuo Proprius. a. um. vt Perſius. Velle ſuum cuique eſt. Vergi. Trahit ſua quẽque voluptas. hoc eſt propria voluptas.

De

De Ipſe, Ipſa, Ipſum.

IPSE, Ipſa, Ipſum, ad ōnes tres perſonas refertur, vt Vergilius. Quæque ipſe miſerrima vidi. Ouid. Attamē ipſe veni. Ipſe magiſter venit. Fitque Relatiuum, vbi refert antecedens: vt Plato legit, & ipſe rationem exigit: quod olim declinabatur Ipſus. a. um. vt Terentius. Ipſus mihi Dauus.

De Ille, Illa, Illud.

PRONOMEN hoc plerunque capitur relatiuè, vt Pater tibi indulget, & ille te aliquándo acriter obiurgat, quod ab Hic, Hæc, Hoc, & Iſte, Iſta, Iſtud, plurimùm diſtat, nā hic, hæc, hoc, refertur ad res primæ perſonæ, vt hæc manus ſcribit, ſcilicet mea. Iſte,

Iſta,

Iſta, Iſtud, ad res ſecūdæ perſonæ: vt Iſta lectio non eſt vtilis, nempe tua. Ille autē, ad res tertiæ, vt Ille comiſit hoc ſcelus, videlicet Petrus, vel Antonius, tametſi nō-nunquam ad primam perſonam referatur: vt Verg. Ille ego qui quondam. Præterea Iſte habet contemptum. Ille verò Emphaſim: vt Iſte fecit. Alexander ille magnus potitus fuit rerum ſuarum. Dehinc differt ab Hic, Hæc, Hoc. Nam cum duo in oratione referēda ſunt, prius enim referri debet per Ille, Illa, Illud. Poſterius verò per Hic, Hæc, Hoc, vt Sunt mihi canis & ars, ille ad venandum, at hæc ad incumbendum literis. Sed interdum differentia confunditur.

De Is, Ea, Id, & compoſito Idem, Eadem, Idem.

HÆC duo pronomina nō rarò accipiuntur relatiuè: vt ſuperiora, hoc modo, Audio lectionem, & eam reddo, vel cā

dem reddo. Sed tamen ſimplex differt à compoſito, quoniam illud habet Emphaſim: vt habuiſti amicum, & eum doctum, hoc verò vim coniunctionis copulatiuæ ſortitur, aut in ſe illam includit, vt in q ã cunque ſedem regina apium volat, in eandem cæteræ conuolant.

De Hic, Hæc, Hoc.

& Iſte, Iſta, Iſtud.

CVM hæc duo Pronomina ſint potiùs demonſtratiua, quàm relatiua, Ideo inter reliqua non cõnumerantur, ſed aliquando referunt, vt Terentius. Et quia his ſolùm vtuntur reginæ.

De Relatiuis ſubſtantiæ diuerſitatis.

Huius

HVius subſtātiæ Relatiua ſunt, Alter, Alius, Reliquus, & Cæter Cætera, Cæterum. vt Terentiū vendo & aliū Poëtam. Audis Salluſtium & alios hiſtoricos, vel reliquos, vel Cæteros hiſtoricos. Differt tamen Alter, Altera, Alterum. ab Alius. a. Aliud. Nam Alter dicitur de vno & de duobus, ſiue de factione duarum rerum, vt Salluſti. Alterum cum Dijs, alterum cum belluis cōmune eſt. Vergi. Aurea mala decem miſi, cras altera mittam. Alius verò dicitur de pluribus, vel de duobus, vt Humani generis, alij ſunt boni, alij mali, Hanc Clinia, aliā coniugem Clitipho accipit. Itē alter capitur pro. Secundus, Secūda, Secundū, & pro, Duo, Duæ, Duo. At Alius pro. Diuerſus, Diuerſa, Diuerſum. vt Tu eris alter ab illo. Vnus ſimul, & alter, id eſt, duo. Alia eſt mea ſententia, hoc eſt, Diuerſa.

¶Nomen Reliquus. a. um. eleganter accipitur ꝓ his verbis. Reſto. as. & Relinquo. is. vt Hoc reliquū eſt, patres conſcripti, id eſt, Reſtat, vel Supereſt. Salluſtius. Nihil reliqui Sylla fecit, id eſt, Reliquit.

De Relatiuis.

Accidentis.

QVALIS & Quale, qualitatem significat: vt Tu es prudens, qualis fuit pater tuus. Et interdum geminatur, vt Qualis qualis ille est, maturo quidem iudicio floret. Cuius antecedētia sunt nomina adiectiua qualitatem significantia, vt Bonus, Doctus, Eruditus, Sapiens, Malus, Deformis, & similia. cum Talis, & Tale.

De Quātus, Quāta, Quantum.

RELATIVVM Quantus, dicit quantitatem, vt Tēplum magnum, quantus est mons, quod geminari solet, vt Quantusquantus hic est, tantus

tantus,mea quidē ſententia eſt Pigmæus. cuius antecedentia ſunt Adiectiua ſignificantia quantitatem,cùm Tantus, Tanta, Tātum,qualia ſunt,Magnus, Magna, Magnum. Paruus,Parua,Paruum. Longus,Longa,Lōgum.Breuis & Breue. Amplus,Ampla,Amplum; & alia propè innumera.

De Quot.

NOMEN Quot eſt indeclinabile cum antecedenti Tot, quod dicit quantitatem diſcretam, hoc eſt numerum, vt Tot ſunt mihi amici,quot patri meo, & illud nonunquam duplicatur, ſiue componitur,vt Quotquot autem receperunt eum. Cuius antecedentia ſunt nomina numeralia, quæ vulgo Cardinalia dicuntur.Ea ſunt Vnus,Vna,Vnum. Duo,Duæ,Duo. Tres,& Tria.Quatuor, Quinque.& Reliqua.

De Quotus.a.um,

QVOTVS etiam Numerum significat, vt Primus sedeo in formatorio, quotus tu sedêre non potes. Illius antecedentia sunt nomina numeralia ordinem significantia, qualia sunt. Prīmus.a.um. Secundus.a.um. Tertius. a.um. Quartus.a.um.& ita deinceps. Aliquando tamen capitur pro Quot. Cuius antecedentia habebit & non sua, vt Dic mihi quotus venias? id est, quot veniatis. Responsum sic est reddēdum, Duo, Tres, vel quatuor. Item etiam vbi quotus huic nomini Quisque interrogatiuę iungitur. vt Quotusquisque diues superbia vacat? non per illius responsiua reddetur responsum, sed per hæc Nullus, Rarus, Perpauci, Quoniam sic vsus habet.

De Quotuplus.

Quotupla, Quotuplum.

Hoc

HOC Relatiuum habet pro antecedentibus Adiectiua definẽtia in.plus.a.um. vt Simplus.a.um.Duplus.a.ũ.Triplus.a.um.Quadruplus.a.ũ. & similia, vt Dupla panis portio hodierna die mihi dabitur, quotuplam externo accipere non potui.

De Quotẽnis & Quotenne.

ADIECTIVA terminata in.enis.&.ene. sunt huius nominis antecedentia, vt Biẽnis & Biẽne. Triẽnis, & Triẽne. Quadriẽnis, & Quadriẽne. Quinquẽnis, & Quinquẽne, cum similibus, vt Biẽnis est puer, quotẽnis non videtur fraterculus meus.

De Quotenarius, Quotenaria, Quotenarium.

 Nomina

NOMINA exeuntia in.arius.a.arium.dicuntur antecedentia huius relatiui, vt Binarius.a.um. Ternarius. a. um. Quaternarius.a.um. Quinarius. a. um. & similia, vt Binarius est hic numerus, Quotenarius non est ille.

De Quoteni, Quotenæ, Quotena.

RELATIVVM hoc pro Antecedẽtibus habet nomina indiuidua, qualia sunt Singuli, Singulæ, Sĩgula. Bini, binæ, bina. Terni, Ternæ, Terna. Quaterni, Quaternæ, Quaterna. Quini, Quinæ, Quina. & similia, vt Bini ambulabãt Monachi, quotẽni nõ solẽt clerici ambulare.

De Quotuplex.icis.

Ad-

ADIECTIVA finita in.plex.sunt huius relatiui antecedētia, vt Duplex.icis. Triplex.icis. Quadruplex.icis. Quīcuplex.icis. & similia, vt Triplices vestes sunt Martino, quotuplices tu nunquam habuisti.

De Cuius, Cuia, Cuium.

HOC Relatiuum plerunque in Nominatiuo Accusatiuo, & Ablatiuo reperitur, cuius antecedentia sunt Pronomina possessiua, Propria, siue Appellatiua, virorum & fœminarum, vt Hæc serua est mea, cuia nunquam illa fuit.

De Cuias, Cuiatis.

OLIM hoc nomen Cuiatis, & Cuiate declinabatur, cuius antecedentia ſunt noſtras, & veſtras, & nomina Adiectiua patriam vel profeſsionem ſignificantia, vt Burgenſis, & Burgenſe. Hiſpalenſis, & Hiſpalēſe. Socraticus.a.um. Pythagoricus.a.ũ. vt hic puer eſt Burgēſis, cuias tu nō es. Ille dicit̃ diſcipulus Socraticus, cuias hic minime appellatus eſt.

De Patronymicis.

NOMEN Paronymicum eſt, quod ſignificat filium vel filiam, nepotem, vel neptem, vel aliquem ex poſteris illius àquo deriuatũr, vt Priamides, nerine. quod emanat à nomine Græco pa tyr, & ab onoma nomine Græco, propterea quòd plerunque nomen patris refert.

¶ Patronymicum duplex eſt, aut maſculinum, quod exit ſemper in .es. vt Æacides, ant fœmininum quod terminatur in. as.

vt Illias, Illiadis, & in .is. vt Æolis, Æolidis. Que omnia ſunt tertiæ declinationis, aut denique in .e. vt Acryſione, Acryſiones, & ea ſunt primæ declinationis. Sed tamen fœminina finita in .is. formantur à recto maſculinorum ſingulari ablata .de. vt à Priamides. dæ. Priamis. idis.

Nomen Patronymicum ſemper deſcēdit à nominibus Græcis, & apud Poëtas frequentiſsimè reperitur, & nōnunquam apud Hiſtoricos.

De formatione

Patronymicorum.

PATRONYMICA maſculina quoties à nominibus primæ declinationis originē ducunt, formātur à genitiuo ſingulari, e. finali mutata in. des. vt ab Æneas, Æneæ. Æneades. æ. quæ vbi deſcēdūt à nominibus ſecūdæ, formātur à genitiuo ſingulari addita. ds. vt à Priamus. i. Priamides. æ. Si verò veniāt à nominibus

nibus Græcis finitis in. eus. quæ geminum Genitiuum ſortiuntur in. ei. & in. i. & generantur à ſecundo genitiuo ſingulari addita. des. vt Pētheus, Pēthei, Penthi. Penthides. Penthidæ. Si autem oriantur à nominibus tertiæ declinationis, formanda ſunt à Datiuo numeri ſingularis adiecta. des. vt à Neſtor, Neſtoris, Neſtori. Neſtorides, Neſtoridæ. Sed hæ regulæ non ſunt ſemper veræ, quoniam Poëtæ metri cauſa literas addunt, vel detrahunt, vt Atlantiades, Ænides.

¶ Cum nomen Patronymicum plerunque à nominibus patrum deriuetur, vt ſatis demonſtratum eſt, interdum tamē proficiſcitur à nominibus matrum, vt Maiades. Item à nominibus Fratrum, vt Phaethontiades, Tùm etiam ab Auis paternis, ſiuè Maternis, vt Æacides, Atlantiades. Ac poſtremo ab Vrbium conditoribus, vt Romulides, Cecropydes. De quibus & alijs Patronymicorū formis non pauca apud Poëtas exempla comperies.

De

De Aduerbijs Localibus.

ILLVD est Aduerbium locale, quod aliquam loci differentiã nobis significat, quod propriè in quadruplici differentia reperitur, aut in loco, aut ad locum, vel à loco, vel per locum.

De Vbi. & Vbinam.

HÆc duo Aduerbia sunt de loco in quo, vt Vbi est pater tuus? vel Vbinam? Ad quorum interrogationem si responsuri sumus per nomina propria locorum minorum primæ & secundæ declinationis, in genitiuo aduerbialiter apponentur, vt Romæ, Toleti, Salmanticæ, Compluti, si sunt tertiæ, aut pluraliter varientur, in Datiuo, & aliquando in Ablatiuo absque præpositione, vt Hispali, Carthagini, vel Carthagine, Athenis, Burgis, Si verò per Appellatiua in Ablatiuo cum

præpo

præpositione collocabimus, vt In agro. In Ecclesia. Sub arbore. Excipiuntur tamen Togæ, Militiæ, humi, Ruri, & domi. quæ naturam propriorum sequuntur, aut per Aduerbia, & his vtêmur. Hic, Isthic, Illic, Suprà, Infrà, Foris, Intus, & ita de cæteris.

De Quò, & Quorsum.

HÆC Aduerbia quærunt semper de loco ad quem, vt Quò is? Quorsum oratio tendit? & ad illorum interrogationem si respondêre volumus, per nomina propria locorum, illa in accusatiuo aduerbialiter apponemus, vt Cordubam, Tunctũ, Hispalim, Mycenas, Burgos. Aliquando tamen præpositio additur, vt Romam versus, Vsque Salmanticam, aut per appellatiua, & in Accusatiuo cum præpositione. ad. vel. in. ponemus, vt Ad agrum. In

In plateā. Ad Italiam. Excipiuntur, Rus, & Domus. Aut per Aduerbia, & vtêmur vno ex his, Huc, Isthùc, Illùc, Aliquô, Dextrorsum, Sinistrorsum, Eò Vsque, Foras, Intrò.

De Vnde.

ADVERBIVM Vnde quærit de loc à quo, vt Vnde proficisceris? Et ad eius interrogationem, vel respondêre placet per propria locorum, & ea in Ablatiuo absque præpositione apponemus, vt Granata, Toleto, Tybure, Trallibus, Thæbis, vel per Appellatiua, & in Ablatiuo cum præpositione collocabimus, vt Ex foro, Ab Ecclesia. Excipiuntur Rus, & Domus, vel per Aduerbia, & vno ex his quæ sequuntur vti licebit, vt Hinc, Isthinc, Illinc, Alicūdè, Foris, Intus, Peregrè.

De

De Quá.

ADVERBIVM Quá, quærit de loco per quem, vt Qua vis ire? Et ad interrogationem aut responsum est nobis reddēdum per propria, & in Ablatiuo apponemus absq; præpositione, vt Roma, Compluto, Athenis, Septimancis. Aut per Appellatiua, & in Accusatiuo cum præpositione. per. ponentur, vt Per plateam. Per forum. Per Germaniam. Demuntur Rus, & Domus. Aut per Aduerbia & vnum ex his, quæ sequũtur capietur, vt Hác, Isthác, Illac, Aliquá, Siquá, Nequá, Aliá.

FINIS

Libri quarti.

Perbreues & vtiles expositiones in quintum librum; De Quantitate Syllabarum.

*

CVM Diffinitio naturam cuiuslibet rei de qua est sermo, explicet, ob eam causam cõmodissimum erit à finitione syllabæ auspicari.

SYllaba est, comprehensio plurium literarum; & aliquando vnius tantùm vocalis, quæ vno accentu & vno spiritu indistanter profertur, vt Mons. a. e. de cuius plena cognitione, quædam fundamenta primùm omnium tradentur: deinde generales regulæ.

Primum fundamentum.

SYllaba est triplex, Longa, Breuis, & Indifferens. Syllaba longa, siue natura, siue positione duo tempora ex sua propria prolatione conterit, vt Dos, est. Et Breuis

vnum, vt Sal, Vir. Indifferens verò pro quantitate sua,ita,aut vnum tempus, aut duo consumet, vt tenebræ, pharetra.

Secundum fundamentum.

QVinq; vocales nostræ. à. è. ì. ò. ù. sunt ambiguæ quantitatis, cum modò longæ, modò breues inueniantur, nam in

his exemplis.		At in his.	
à.	Orare.	à.	Venundare.
è.	Monere.	è.	Legere.
ì.	Audimus.	ì.	Erimus.
ò.	Doloris.	ò.	Arboris.
ù.	Murus.	ù.	Possumus.
Producuntur.		Breuiantur.	

Tertium fundamentum.

VOcalis. u. scripta post. q. semper est liquida, nam amittit tempus, & partem prolationis. Vergi. in. 4. æneí. Quis tibi tum Dido, cernenti talia sensus. Et liquescentia est vbi vocalis, siue consonans partem suæ potestatis deperdit, & partem retinet, quæ tribus modis fit. Primus modus est, quando vocales ex longis efficiuntur breues, quoniam deponunt alterum tempus, quod a sua natura habebant. Secun-

cundus eſt, vbi vocalis prorſus tempus amittit, & non nihil prolationis, in quò modo ex omnibus vocalibus tantum. u. liqueſcit, & ex conſonantibus, hæ quinque. l. r.. s. m. & . n. vt paulò pòſt exemplis perſpicuum erit. Tertius, quoties in ſcanſione carminis vocalis expungitur per Synalæpham. aut. m. cum vocali præcedente per Ecthlipſim, quamuis hic modus minùs proprie inter reliquos connumeretur, cum finitio liqueſcentiæ ei non conveniat. Itaque his præmiſsis, hæc eadem vocalis. u. poſt. s. & poſt. g. aliquando liqueſcit. Vergi. in æglogis. Sæpe leui ſomnum ſuadebit inire ſuſſurro. Idem in. 2. æneì. Sanguine placaſtis ventos, & virgine cæſa. Interdùm verò poſt eaſdem conſonantes vim ſuam retinet. Papini. 1. Theba. Imò agite & poſitas, quas nox inopina ſuaſit. Ouidius: 4. Metamorpho. Contiguas habuêre domos, vbi dicitur altam.

Quartum fundamentum.

HÆ conſonantes. l. r. frequẽter liqueſcunt, vbi cum mutis. b. c. d. f. g. p. q. t.

non producunt vocalem breuem. Oui. in Episto. Hercule supposito, Sydera fulcit Atlas. Vergi. in paruis, solicitaque manu, tenebras explorat inertes. At. s. rarò liquescit, Sillius. Sabulo finitimas, propter astabat aquas. vt. m. & n. sed tantùm in dictionibus Græcis. Hora. 2. libro carminum. Forma captiuæ dominum Tecmessæ. Quod carmen est Saphícum, & alius, quartus pes Trocheus. Oui. libro. 6. Meta. Ad mandata prognes, & agit sua vota sub illa.

Quintum fundamentum.

QVoties dictio finitur in vocalem, siue diphthongum, & subsequens dictio incipitur à vocali, prior vocalis exteritur per Synalæpham. Persius. in. 1. Satyra. ô Iane à tergo, quem nulla cyconia pinsit. Vergi. in. 2. Ænei. Dardanidæ infensi, pænas cum sanguine poscunt. Et Synalæpha est concurrentium vocalium inter se, lubrica quædā & lenis collisio, quæ aliquando in eâdem dictione composita fit. Vergi. in Æglogis. Incipe Dameta, tu deinde sequêre Menalca. Item etiam in diuer-

diuersis carminibus, vbi prius carmē vna syllaba abundat, & posterius à vocali incipitur. Vergi. in. 1. Ænei. Iactemur, doceas, ignari hominúmque locorúmque. Erramus vēto huc, vastis & fluctibus acti. Interdum tamen spernitur à Poëtis, cum dictio terminatur in vocalem lōgam, aut in particulam affectui deseruientem. Vergi. in Æglogis: Et succus pecori, & lac subducitur agnis. Ouidi. in. 1. Epistola. ò vtinam tum, cùm Lacedæmona classe petebat. Reliqua studiosis Adolescentibus in Poëtarum lectione obseruanda relinquimus.

Vltimum fundamentum.

VBi aliqua dictio desinit in. m, & sequens initium habet à vocali. m. cum præcedente vocali expungitur per Ecthlipsim. Ver. in. 1. ænei. Littora multū ille, & terris iactatus & alto. Et Ecthlipsis est concurrentium consonantium cum vocalibus, dura & aspera collisio, quæ à Poëtis antiquis aliquando non fit, præcipuè ab Enio in his carminibus. Et forma contra positarum, imagine coni. Insignita forēt,

tum millia Militnm octo, quem non imitaberis, neque reliquos Poëtas antiquos. Obſeruabis tamen hanc figuram nõnunquam in diuerſis carminibus fieri (vt Synalæpha effici ſolet) cùm prius abundat ſyllaba compoſita ex. m. & vocali. u. & poſterius incipitur à vocali. Vergi.1.Georgi. Aut dulcis muſti, Vulcano decoquit humorem. Et folijs vndam, tepidi deſpumat aheni. Tùm etiam elementum. s. per eandem figuram expungitur, vt Vocalis præcedens breuis, vel longa à Poëtis relinquatur, aut ſimul. s. cum vocali præcedente, modò ſequens dictio à vocali incipiatur, vt Lucretius libro.5. Arboribus veteres decidere falcibus ramos. Idem libro 4. Iam né vides igitur, quam puncto temporis imago, Quo minime vtêris.

Prima regula generalis.

SYllaba diphthongo ſcripta, eſt longa, vt Aurum, Muſæ. niſi ſequatur vocalis, vt Præuſtus, Præuro. Vergi.7.æneí. Stipitibus duris agitur, ſudibuſué præuſtis. Tametſi aliquãdo maneat in propria vi. Statius.6. Theba. Præmia cum vacuus dño præijret Arion. Hoc tamen non te fu

giat, quòd vocalis illa etiã est lõga, in quã diphthongus mutatur, vt Illido. Occido. Vergi. 1. æneí. Illiditq; vadis, atq; aggere cingit arenæ. Sed quispiam quæret, quid sit diphthongus? & quot sint diphthongi, quibus Latini vtantur? Respondeo, quòd diphthongus est cõglutinatio duarũ vocaliũ, in eadẽ syllaba, suã vim retinentium. Et diphthõgi, quibus Latini vtuntur, sunt sex. ae. vt Musæ. au. vt Gaudeo. ei. vt Orphei. eu. vt Pẽtheus. yi. vt Harpyia. oe. vt Pœna, quæ per dieresim dissoluũtur. Vergi. 3. ænei. Aulai in medio, libabãt pocula Bachi. Diphtongus præterea fuit inuẽta vel suauioris soni causa, quoniã suauiùs sonat dicere Laus, quã Lus, & Fraus, quã Frus, vel differentiæ gratia, nã pœna cum diphthongo, supplicium significat. At cũ gemino. n. auis alã. Dehinc Diphthõgus nõ parũ à synæresi discrepat, q̃m est cõglutinatio duarũ vocaliũ cõtra naturã in vnã longã. Ver. in. 4. Geor. Seu lẽto fuerint aluearia vimine texta, quæ nunquam fit in soluto sermone, neque in ea ordo vocaliũ seruatur, vt in Diphthongo.

Secunda regula.

VOcalis breuis quam duæ conſonantes in eâdem dictione, & aliquando in diuerſa ſequuntur, efficitur poſitione longa. Vergi. 1. æneі. Terra antiqua potens armis,atque vbere glebæ. Iuuę. Occulta ſpolia,& plures de pace triumphos. (Ni malumus dicere vocalem.a. in occulta,cæſuræ cauſa produci) Tres tamē ſunt literæ,vim duarum conſonantium habentes,quæ efficiunt vocalem poſitione longam,nempe.z.x.&.i.Sed.z.vocalem tantùm extendit in medio dictionis. Vergi.1. ænei.Ducit amazonidum, Lunatis agmina peltis.Quod valet geminum.ſſ.atque.s.&.d.vt Patrizo, Ezars. pro Patriſſo, & Eſdras.At.x.in medio dictionis & aliquā do in fine. Vergi. in.5. ænei. Cede Deo dixitque,& prælia voce diremit. Idem.1. ænei. Vix è conſpectu, ſiculæ telluris in altum.Et æquiualet ex ſcriptura&prolatione antiquorum,c.&.s. vt Pax.cis.g.&.s. vt Lex. gis. & gemino. ſſ. vt Vlixes pro Vliſſes.Item.i.duplex.ij.valet, vnde fit, vt poſitū inter duas vocales dictionis

ſimplcis

ſimplicis, priorem vocalem producat, vt Maia.æ. Maior, & Maius. Vergi.1.æneí. Hæc ait, & maia genitum demiſit ab alto. At verò vocalis in dictione compoſita plerunque corripitur. Vergi. 5. æneí. Non tam præcipites, biiugo certamine campũ. Et aliquando producitur. Horati. in arte Poëtica. Proijcit ampullas, & ſeſquipedalia verba.

¶ Veruntamen generalis regula hoc modo reſtringitur. Quoties vocalis eſt breuis natura, & illam ſequitur muta, cum liquida, in ſoluta oratione, in ꝓpria vi manet, quia muta vim liquidæ extinguit: At in carmine cõmunis reperitur. Ver. 1. æneí. Succintam pharetra, maculoſæ tegmine lyncis. Idem in eodem libro. Virginibus Tyrijs, mos eſt geſtare pharetram. Obſeruabis tamen quòd vbi vocalis eſt natura longa, tàm in ſoluto ſermone, quàm ligato pede, ſuã quantitatẽ retinebit, vt Apertè ex his exemplis & alijs tibi conſtabit. Simulachrũ, Salubris, Aratrũ, Lauacrũ, Theatrum, Volutabrum, Amphitheatrũ. Quibus candelabrũ additur. Vergi. in. 2.

æneı.vix positũ castris, simulachrũ arsêre coruscæ.Marti.in Apopho.De cãdelabro magna lucerna tibi.Præterea quãdo muta & liquida sunt in diuersis dictionibus, semper vocalis breuis ab illis producetur, vt in dictione. At. apud Ver. in.4.ænei. At regina graui,iã dududum saucia cura. Et quoties muta & liquida in dictione cõposita apponuntur.Oui.1.Episto.Obrutus insanis,esset adulter aquis. Tametsi id à Marone non semper seruetur,præcipuè in hoc carmine.1.ænei. Auxiliumq; viæ, veteres tellure recludit.

Tertia regula.

SI vocalis post vocalem in dictione latina sequatur, prior est corripienda, vt Deus, Tuus, Suus.Oui.in.1.Meta.Hanc Deus,& melior litẽ natura diremit.Quæ regula non est vsquequáq; vera in dictionibus Græcis. Nam Græci variãt,nec certa lege tenẽtur.Nam in hoc nomine Græco Ripheus.a.um.prior vocalis ꝑducitur. Ver.in.1.Geor.Mundus vt ad Scythiã, riphæasq; arduus arces. At in nomine Hiperboreus.a.um.quod etiã in.eus.definit

voca-

vocalis corripitur. Idē Ver. in .1. Geor. Solus hyperboreas glacies, tanaimq; niualē. Sed excipitur fio .is. cùm est duarū syllabarū, quia vocalis producitur. Iuuena. Si fortuna volet, fies de Rhetore Cōsul. Verùm vbi post .e. sequitur .r. vt Fierē, Fieri, prior vocalis corripitur. Persius. Tùm fierēt si testiculi, vena vlla paterni. Excipiuntur etiā genitiui & datiui, nominū quintæ declinationis in quibus vocalis .e. inter geminū .ij. lōga fit, vt Diei, Materiei, his tñ nominibus exceptis, Spes, Res, & Fides. Demuntur quoq; genitiui nominū & pronominū desinentium in .ius. in quibus vocalis in soluto sermone semper est longa, vt Solius, Illius. At in carmine modò longa, modò breuis reperit. Præterquā in genitiuo alius, vbi semper producitur, at in alterius breuiat. Prætereà excipe genitiuos antiquos primæ declinationis, & vocatiuos nominū propriorū, quæ in recto desinūt in .aius. & .eius. Ver. in .3. æneі. Aulai in medio, libabāt pocula Bachi. Oui. in .4. dē pōto. Accipe pōpei, dē ductū carmē ab illo. ohe Ancipitē habet vocalē, vt apud poëtas obseruabis.

Quarta

Quarta regula.

PRæpoſitiones. e. de.præ.ſe.di.in compoſitione producuntur. Ver.in æglogis.Iam noua progenies, cœlo demittitur alto. Quæ corripiuntur,vbi vocalis ſequitur,vtDeamo.as.Præuro.is.Excipiuntur tamen Diſertus.a.um.& Dirimo.is.Hora. in Epiſto. Fæcundi calices,quem non fecēre diſertum? Ouidi. 1. Metamorphō. Hanc Deus,& melior litem natura diremit.

Quinta regula.

PRæpoſitio. à. in compoſitione dictionis Latinæ producitur, vt Amens.tis. Auerto.is. Vergi.2.ænei.Arma amēs capio,nec ſat rationis in armis. At in dictione Græca corripitur. Idem in eodē libro. Mittimus iſque adytis, hæc triſtia dicta reportat.

Sexta Regula.

HÆc præpoſitio. re. in compoſitione eſt breuis, vt Repeto. is. Reduco.is. Vergi. in. 2.ænei. Omnia ni repetant Argis,numenque reducant. Sed cū duæ conſonantes ſequuntur producitur, vt Reſpi

cio,

cio, Reſpondeo. Vergi .in.2.æneí. Reſpicio, & quæ ſit circum me copia luſtro. Excipitur tamen verbum imperſonale refert vbi.re.extēditur. Idem Vergi.in.2.Geor. Eſt numerus, neque enim numero comprendere refert, tametſi. re. in compoſitione huius verbi non ſit præpoſitio ſed Ablatiuus nominis Res, Rei. in quo voca .. ſemper eſt longa.

Septima regula.

HÆc præpoſitio.pro.in compoſitione dictionis Latinæ, ferè ſemper eſt longa, vt Promitto, Prouideo. Maro.in.2.ænei. Promiſi vltorem, & verbis odia aſpera moui. Sed vbi vocalis ſequitur, breuiatur, vt Prohibeo. es. Excipiuntur tamen quamplurimæ dictiones in quibus.pro. corripitur.

Proficiſcor.	Propertius.
Profiteor.	Propago.is.
Profundus.	Profanus.
Profundo.is.	Profor.
Procella.	Profugus.
Proneptis.	Profugio.is.
Propero.	Procuro.as.

Profestus.a.um. Profectò.
Pronepos. cum alijs.

¶Sed.pro.in his dictionibus interdum in differẽs reperitur. Procuro, videlicet, Pro fundo, Propello, Proficiscor, & Propago, Propagas. De quibus tibi paßim apud Poetas occurrent exempla. At.pro.in nomine Propago.nis.pro vite semper producitur, & pro stirpe breuiatur. Pro tñ in compositione dictionis Græcæ semper corripitur, vt Prometheus, Prologus. Vergi.in æglo. Caucaseasque refert volucres, furtumque promethei.

Octaua regula.

NOmen compositum tàm Latinum quàm Græcum, quod priorem compositionis partẽ in.i. terminat, illud corripit. vt Omnipotens, Armiger, Archigenes. Vergi.in.4. æneі. Tùm Iuno omnipotens, longum miserata dolorem. Ouidius in Arte amandi. Armiger Autumedon, dicat amoris ego. Sed excipiuntur vbique, Ibidem, aduerbia, tibicen vbi fit synæresis. Bigæ, Auriga, Vipera, Illicet, Scilicet, quotidiè, Postridiè, cum alijs dictionibus, quas consultò breuitatis causa præ

tereo, in quibus. i. producitur.
¶ Item omne Nomen compositum terminans priorem compositionis partem in. o. vel in. u. has vocales corripit, vt Demophoon, Christophorus, Quadrupes, Troiugena. Ouidius in Episto. Philly: Hospita Demophoon, tua te Rodopeia Phillys. Vergilius, in æglo. Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam. Dubitatur tamen quanta sit prior pars compositionis, quæ terminatur in. a. &. e. in qua dubitatione oportet hac distinctione vti, aut prior pars compositionis est indeclinabilis & producitur, vt Contradictio, aut declinabilis, quæ si sit in nominatiuo est breuis, vt Eadem, si verò in Ablatiuo extenditur, vt ab Eâdem. hinc demitur Verbum Malo. Mauis. quod à Magis & Volo, cōponitur, vbi. a. pducitur quāuis in simplici. a. sit breuis, Martia. li. 5. Sit cisterna mihi, quam vinea, malo Rauennæ. Præterea quoties prior pars compositionis terminatur in. e. vel. ea. est in Verbo, & Vocalis. e. indifferens erit, vt Calefacio, Frigefacio. vt In Poëtis obseruare licet, vel est in Aduerbio, & breuiatur,

vt Nefas, Nequeo. Iuuena. Saty. 13. Credebant hoc grande nefas, & morte piandum. Sed excipitur Nequicquam, pro frustrà captum, in quo. e. producitur. Vergi. in. 5, æneí. Multa viri nequicquam, inter se vulnera iactant. Si denique. e. sit in nomine produci solet, vt Veneficus, Venefica, Veneficum.

De quantitate Præteritorum, Nona Regula.

PRÆTERITA duarum syllabarum producunt priorē, vt Vidi, Moui. Vergi. in æglo. Vt vidi, vt perij, vt me malus abstulit error. Excipiuntur sex verborum præterita, quæ priorem corripiũt, Scidi, à Scindo. Fidi, à Findo. Dedi, à Do. Bibi, à Bibo. Steti, ab Sto. Tuli, à Fero. Vergi. 2. ænei. Non tulit hanc speciem, furiata mēte Chorebus. Verùm quā

do vocalis sequitur, prior syllaba præteriti corripitur, vt Lui, à Luo, Luis. Rui, a Ruo, Ruis.

¶ Sed quoties verbum primam syllabam præteriti geminat vtramque corripit, vt Didici, Tetigi, nisi consequantur duæ cõsonantes, quoniam tùm secunda præteriti syllaba, fit positione longa, vt Cucurri, Tetendi. Excipiuntur hæc duo præterita Cecîdi, & Pepêdi, à Cædo.is. & Pedo.is. vbi secunda syllaba est natura longa. Iuuenalis in tertia Satyra. Ebrius, ac petulans, qui nullum fortè cecîdit. Verumtamen in compositione prior syllaba præteriti expungitur, vt Remordi, à Remordeo.es. Contúdi, à Contũdo.is. In quibus eadem simplicium quantitas manet.

De quantitate Supinorum Decima Regula.

SVpina duarum syllabarum producũt priorem, vt Potum, Lotum, Motum.

Vergi.in æglo. Huc ipsi potum venient, per prata iuuenci. Excipiuntur hæc Supina cum compositis. Quitum, Situm, Litum, Rutum, Ratum, Satum, Datum, Statum, & Citum, à Cieo, Cies. Nam Citum à Cio, Cis, quartæ, priorem habet longam. Sed aduertendum est vocalem. a. in Supino Statum esse indifferentem, at in compositis esse semper longam. vt Constâtum, Restâtum. Sed quoties. a. in. i. mutatur, in supinis penultima corripitur, vt Constítum, Restítum. Prætereà omnia Supina plurium syllabarum, quæ nascuntur à præterito terminato in. ui. producunt penultimam, vt Oratum, Cupîtum, auditum. Demuntur hæc, Satum, Situm, Litum, Citum, Quitum, & Itum quæ formantur à Præterito finito in. ui. hac syllaba. ui. in. tum. mutata, quia breuiant priorem, vt ex superioribus satis constat. Cæterùm, vbi hæc supina descendunt à Præteritis desinentibus in. úi. corripiunt penultimã, vt Positum, Cubitũ, Vetitum. Maro. in. 2. æneí. Vix positum castris, simulachrum arsère coruscæ.

Vltima regu la.

COmposita simpliciũ quãtitatẽ sequntur. Eaq; accentu potissimùm demõstrantur, vt Potens, Impotens. Solor, Cõsolor. Lego.as. Allêgo.as. Excipiuntur tñ hæc breuia, à lõgis veniẽtia, nẽpe Innuba & Pronuba, à Nubo, Deiero & Peiero à Iuro. Infio, & Suffio, à Fio. Alia rursus sunt quæ à breuibus cõflata, prioris syllabæ naturã immutãt, vt Ambitus participiũ, Cõuitiũ à con & vitiũ, & reliqua eius generis. Deriuatiuæ quoq; dictiones cum primitiuis eandẽ quantitatẽ sortiuntur, vt Amator, Amicus, Amabilis, prima breui à verbo Amo.as. Sed excipiũtur quãplurimæ dictiones, quæ à breuibus deductæ primã producũt, cuiusmodi sunt, vox.cis. à voco. lex.gis. à lego. rex.gis. à rego. iumentũ. à iuuo. fomes à foueo, iucũdus à iuuo, vomer à vomo, pedo à pede. Sunt rursus quæ à lõgis deductæ corripiũtur, vt dux à duco, dicax, maledicus, & similia à dico, fides à fido, arena, arista, ab Areo.es. fragor, & fragilis, à frango, imperito, ab impero, parturio, à Pario. Idem de alijs est dicendum: quæ certo numero cõplecti non possunt.

quamobrẽ illas inter legendum obſeruare oportet.

De cremento Nominum.

CREMENTVM Nominis, Pronominis, & Participij, eſt duplex. Singulare, & Plurale.

¶ Crementũ ſingulare eſt, exceſſus obliqui in in ſyllaba, vel ſyllabis, ſuprà nominatiuum eiuſdem numeri, vt Agaſo, Agaſonis. Cæſar Cæſaris.

¶ Crementum plurale eſt, exceſſus obliqui ſupra genitiuum numeri ſingularis, à quo. a. e. & . o. ſemper producũtur, vt Terrarum, Dominorum, Rerum. i. & . u. corripiuntur, vt Matribus, Artubus. Annotabis tñ, quod nullũ eſt crementũ ſingulare in prima declinatione niſi in Genitiuo diſſoluatur Diphthõgus, vt Aulai, aut ni Genitiuus exeat in. ius. vt Nullius, neq;

in

in quarta, præterquam in Datiuo vbi eſt vocalis ante vocalem, quemadmodum in quinta declinatione. In ſecunda verò declinatione vnicum nomen extendit penultimam genitiui. Iber, Iberi. cum compoſito Celtiber, Celtiberi.

De cremento nominum tertiæ declinationis.

NOMEN in.a.corripit crementum, vt Emblema.atis. Toreuma.atis.

¶ Finitum in.o.producit onis, &. enis. vt Sermo, Sermonis. Anio, Anienis At.inis.breuiat, vt Virgo, Virginis. Albedo.inis. Halec producit penultimam Genitiui Halecis, & Dauid, Dauidis, verùm Bogud ſemper corripit Bogudis.

¶ Nomen deſinens in. al. neutri generis el.&.ol.producit crementum, vt Tribunal, Tribunalis. Gabriel, Gabrielis. Sol, Solis. Sed finitum in.al.proprium viri.il.

&.ul.breuiat penultimam sui crementi, vt Anibal, Anibális. Vigil, Vigilis. Præsul, Præsulis. quibus additur Sal, Salis.
¶Quod exit in.an. Græcum, extendit crementum, vt Titan, Titanis. Pæā, Pæanis.
¶Terminatum in. en. producit. enis. vt Ren, Renis. Splen, Splenis. At. inis. corripit, vt Nomen. inis. Agmen. inis.
¶Quod desinit in. in. græcū, vt Delphin. inis. & in on (modò omega habeat) producit cremētum, vt Babilon. ônis. Helicon ônis. Si verò omicron, corripit, vt Canon. onis. Demon. onis.
¶Aris. ab. ar. ꝓducitur, vt Torcular. aris. Lachear. aris. Excipiūtur Par, Nectar, Iubar, Lar. Arar, Cæsar, Baccar, & nomina ꝑegrina finita in. ar. vt Gaspar, Balthasar.
¶Quod exit in. er. secundæ, & tertiæ declinationis crementum breuiat, vt Gener. i. Anser. is. Excipitur Ver, & Iber, de quo suprà meminimus. Itē nomē Græcum, vt Crater. ris. character. is. quod aliquādo regulā generalē sequit. vt Ether. is. Aër. is.
¶Finitum in. ir. secundæ, & tertiæ declinationis crementum breuiat, vt Vir, Viri.

Treuir

Treuir, Treuiri. Martyr, Martyris. & Gadir, quando declinatur.
¶ Terminatum in. or. ꝓducit. oris, vt Dolor. ris. Lector. ris. Excipiũtur Arbor, Memor, Æquor, & Marmor. Itẽ etiam nomẽ Græcum, vt Hector, oris. & cõ positum ab his nominibus Corpus, Puer, & Decus, vt Bicorpor. oris. Publipor. ris. Indecor. ris.
¶ Quod exit in. ur. corripit. uris. & . oris. vt Guttur. uris. Ebur. oris. Excipitur genitiuus. Furis. à Fur. priori longa.
¶ Nomen in. as. producit. atis. vt Grauitas . atis. Maiestas. atis. Excipe Mas, Maris. Vas, Vadis, & Anas. atis. Itẽ Græcũ quod exit in. adis. vt Monas. adis. Pallas. adis. At Vas, Vasis priorem genitiui producit.
¶ Quod terminatur in. es. corripit. etis. vel. itis. vt Paries, Parietis. Miles, Militis. Excipiuntur Magnes, Locuples, Quies, Merces, & Hæres. Deinde nomina Græca, quæ formant genitiuũ per. etis. vt Tapes. etis. Lebes. etis, quia producunt crementum. Hæc tamẽ breuiant Pes, Pedis. Ceres. ris. & nomen compositum à Sedeo, Sedes. vt Obses. dis. Reses. dis.

¶ Nomen desinens in. is. corripit. idis. & eris. vt Lapis. idis. Cinis, Cineris. Producit verò. itis. &. iris. vt Dis, Ditis. Glis, Gliris. Atque etiam. inis. vt Delphis, vel Delphin, Delphinis. Salamis, vel Salamin, Salaminis. Sanguis denique corripit Sanguinis.

¶ Oris. &. otis. à nomine finito in. os. producuntur, vt Ros, Roris. Flos, Floris. Custodis à Custos producitur. At Bouis à Bos corripitur. Cui iunguntur Compos, Compotis, & Impos, Impotis. composita à Potis, & Pote.

¶ In. us. finitum corripit penultimam genitiui exeuntis in. oris. &. eris. vt Nemus. oris. Latus. eris. Pecus tamen breuiat Pecudis. Item compositum à Pus, Podos, vt Melampus. dis. Tripus. dis. Excipiuntur non pauca finita in. us. generis fœminini, quæ producunt. udis. &. utis. vt Palus. udis. Subscus. udis. Virtus. utis. Senectus. utis. Intercus verò breuiat Intercutis, & Venus, Veneris. Sed Tellus pducit. ris. & nomen monosyllabum, quod dat. uris. tv Mus, Muris. Thus, Thuris.

Quod

¶Quod desinit in.s. habens aliquam consonantem ante.s.breuiat crementum, vt Vrbs.bis. Trabs.bis. Inops.is. Hoc ꝓducit Plebs, & Seps pro obiecta prohibitione in agrū. Nā Seps pro quodam serpētis genere regulam sequitur. Et nomina Græca quæ omega habēt, vt Hydrops, Hydrôpis. Cyclops, Cyclôpis. Reliqua verò breuiant crementum. Nempe habentia omicron, vt Cecrops, Cecropidis. Ethiops, Ethiopis.

¶Nomen Caput cum compositis Sinciput, & Occiput, corripit crementum.

¶Desinentia in.ax. producūt.acis.vt Vorax, Voracis. Pax, Pacis. Excipitur Fax, quod corripit Facis, & nomen Græcum, vt Smilax, Smilacis. Storax. acis. quod aliquādo regulam sequitur, vt Aiax.acis, Trax, Tracis.

¶Terminata in.ex. corripiūt cremētū, vt Index.cis. Iudex.cis. Excipiūtur Viuex, Halex, Rex, Lex, veruex, cūquibusdā nominibus Græcis, vt Myrmex.cis. Alia tñ Græca corripiuntur, vt Alopex.icis.

¶Quæ desinūt in.ix. producūtur, vt Fœ-

lix, Lodix. icis. Demuntur Coxendix, Histrix, Filix, Calix, Larix, Pix, Onix, Salix, Varix, Bebrix, Orix, Cilix, Natrix. Item quæ dant Genitiuum per. gis. vt Strix, Strigis. Dunorix, Dunorigis. Quibus additur Nix, Niuis.

¶ In. ox. terminata producuntur, vt Ferox. cis. Vox, Vocis. Sed hæc corripiuntur. Cappadox, Cappadocis. Præcox, Præcocis, & Allobrox. gis.

¶ Nomina desinentia in. ux. quæ dant genitiuum per. ucis. aut. ugis. extenduntur, vt Lux, Lucis. Frux, Frugis. Sed hæc crementum breuiant, Nux, Crux, Dux, Trux, Volux, quibus adiungitur Coniux, Coniugis.

De cremento Verborum.

CREMENTVM in verbo est, excessus supra secundã personam præsentis indicatiui modi vocis actiuæ, in sylla

ba

ba,vel syllabis: vt Accusamus, Amabamus, verùm vbi verbo positura non est, vox actiua fingetur, & in verbis defectiuis, quæ propria erat futura.

¶ Crementa in verbis quatuor notari possunt, vt Custodiebamini. Sed primum notatur in syllaba æquante vltimam syllabam positurae, à quo reliqua connumerãnda sunt. Sed vltima syllaba, semper per suam regulam in vltimis syllabis præfinitam probanda est.

¶ A. in omni cremẽto extenditur, vt Oramus, Oratis. Excipitur Do, Das. in primo cremento cum compositis primæ coniugationis, vt Damus, Circumdábo, Pesundáre. Nã in secundo, sequitur cum [illegible] præceptionem generalem, ut Dabamus, Dabatis. Circumdabamus, Circumdabatis.

¶ E. producitur, nisi sequatur. r. vt Amemus. etis. cùm verò. r. postponitur, omne præsens verborum tertiæ Coniugationis corripitur, vt Legor, Legeris, Legere. Vtinam Legerem. Cui simile est præteritum imperfectum Optatiui, & Subiunctiui modi, vt Vtinam Legerem. Cùm Legerẽ.

E. ante

¶E.ante.ram.rim.ro.corripitur, vt Amaueram, Docuerim, Legero. Et in personis, quæ consequuntur, nisi fiat syncopa, vt Impleram, Deflerim, Deflero. Quiero.
¶Beris.vel.bere.in prima & secunda coniugatione corripitur, vt Orabèris, vel Orabère. Mouebèris, vel Mouebère, & aliquãdo in quarta, vt inibèris, vel inibère.
¶E.in.reris. vel.rere. in tempore passiuo Optatiui, & Subiunctiui modi producitur, vt Amarêris, vel Amarêre. Audirêris, vel Audirêre. Item in reliquis locis supra non annotatis, vt Docerem, Mouêre, Amauêre.
¶I.in primo cremento verborum quartæ producitur, vt Audimus, Venito. Extenditur quoq; ante.ui.præteriti perfecti Indicatiui modi, vt Cupiui, Muniui.
¶Imus.in omnibus præteritis Indicatiui modi breuiatur, vt Legimus, Venimus.
¶Rimus.&. Ritis. producũtur, vt Amauerimus.tis. At Erimus, Eritis, à Futuro, Ero. breuiantur. Item. ri. in Præsenti & præterito Indicatiui modi verborum tertiæ coniugationis, vt Parimus, Paritis. Gerimus

rimus, Geritis.

¶Velimus, Velitis. Simus, Sitis, cum cōpoſitis producuntur, vt Malimus.tis. Abſimus.tis. Alijs in locis ſemper vocalis.i.corripitur, vt Legimus, Legitis.

¶O.ſemper producitur, vt Amatôte, Legitôte. Et.u.breuiatur, vt Volumus, Poſſumus.

Sequntur Regulæ perbreues de primis, medijs, & vltimis Syllabis.

A. IN primis ſyllabis corripitur ante omnes conſonantes ſimplices, præterquam ante.l. & præter diſyllaba ante.m.n.s. nullā aliā regulā habebis plegēdo optimos Poëtas, vbi exēpla reperies.

A. ante omnes conſonantes in medijs ſyllabis.

A. In medijs producitur ante. g. &. v. conſonantem. Ante cæteras corripitur,

tur, vt poteris legendo Poëtas non ignorare.

E. in primis ante omnes
conſonantes.

E. Corripitur ante omnes conſonantes ſimplices, in primis, præter diſſyllaba. d. & . l. & præterquam ante. n. s. t. & . u. conſonantes.

E. in medijs ante omnes
conſonantes.

E. Producitur in medijs ante. c. d. l. m. t. u. conſonantem. Ante cæteras corripitur.

I. ante omnes conſonantes
in primis.

I. In primis corripitur ante omnes conſonantes, præter quam ante. d. l. n. s. & u. conſonantem: & præter diſſyllaba in m. & . r.

I. in medijs ante omnes
conſonantes.

I. Corripitur in medijs ante omnes conſonantes, præterquam ante. q. & . u.

O. ante omnes conſonantes
in primis.

O. corri-

O Corripitur nisi ante.b. g.m. s. & in dissyllaba ante.d.

O.ante omnes consonantes in medijs.

O Producitur in medijs ante. s.&.t. Ante cæteras corripitur.

V.ante omnes consonantes in primis.

V Producitur nisi ante.b.l.p. & ante. t.in Polysyllabis, vt Futurus, Futura, Futurum. & ante. u. cum alia litera, vt Pluuia, nam si sola sit, producitur.

V.in medijs ante omnes consonantes.

V Corripitur ante.b.f.l.&.p.&.u.consonãtem. Ante cæteras producitur.

De vltimis syllabis.

OMnes vocales & consonãtes vltimæ, sunt longæ, quæ in hac dictione Vncia scribuntur. Reliquæ verò sunt breues, præter vocalem.o. quæ ancipitem quantitatem habet. Verùm si vocales cum consonante.s.coniungantur.as.es.os.producuntur.is.&.us.breuiantur.

De

De pedibus carminum.

PEs est ſublatio ac poſitio duarum, am pliuſué ſyllabarũ ſpacio comprehẽſa. Ex qua finitione duo aduertas oportet. Alterum eſt, quod pes ex vna ſyllaba effici nõ poteſt, ſed ex duabus, aut pluribus. Alterum eſt, quòd vna pars pedis in carminis ſcãſione eſt attollenda, & altera deprimenda. In hoc nomine pes eſt metaphora, quæ à re animata ad rem inanimatam aſſumitur, nam quemadmodum nos pedibus incedimus, ſic & carmina ſuis pedibus incedere dicuntur.

De accidentibus pedis.

PEdi ſeptem accidunt, ſyllabarum nnmerus, Tempora, Sublatio, ac Poſitio, Proportio, Inter Sublationem, & Poſitionem, Figura, Ordo, & Reſolutio.

¶ Primum & ſecundum pedis accidens, ſatis intuenti conſtãt, de reliquis verò velut obiter erit ſermo. Sublatio (quæ Græcè Arſis dicitur) eſt illa, qua vna, aut plures ſyllabæ attolluntur. Poſitio (quæ apud Græcos Theſis appellatur) eſt pedis depreſsio, qua vel vna ſyllaba, vel plures de

primun

primũtur. Proportio inter ſublationem, & poſitionem, quæ aliquando eſt æqua, vbi ſublatio poſitionem temporibus non ſuperat: neq; poſitio ſublationem, vt eſt vidêre in pede Pyrrichio, qui duabus Syllabis breuibus conſtat, vt Deus, vel Spondeo, qui duabus longis, vt Audi, & ita de cæteris. Interdum eſt dupla, vbi ſublatio aut eſt duplo maior, aut duplo minor, quàm poſitio, vt apertè conſtat ex pede Trocheo, qui longa, & breui conſtat, vt Tẽpus, vel Iambo, qui breui, & longa, vt Dies. Figura, quoniam alij pedes ſunt ſimplices, vt Spondeus, & Pyrrichius. Alij cõpoſiti, vt Procleumaticus, qui duobus Pyrrichijs conſtat. Ordo, quia pro genere carminis, quidam pedes alijs aut præponuntur, aut poſtponuntur, vt Paulò infe riùs liquidò conſtabit. Reſolutio, vbi pes in pedem reſoluitur, quod contingere ſolet, quando pes pro pede in carmine apponitur, vt Spondeus pro Dactilo: aut Dactilus pro Spondeo.

De Metris.

¶Metrum eſt, pedum iunctura numero,

modoque finita. Ex qua finitione colligitur, metrum pedibus, & non vno constare: & modulatione, ne fiat absonum, vel retorridum, quod apud Latinos est idem quod carmen, siue versus.

¶ Metrum proficiscitur, à verbo Græco Metrô, quod Latinè metiri significat, quod suis pedibus mensuretur.

De carmine Hexametro:

CArmē Hexametrum, sex pedibus cōstat, primi quatuor indifferenter possunt esse Dactili, aut Spōdei, sed in quinta regione, frequenter est Dactilus, & in sexta Spōdeus. Pes Dactiluscōstat prima lōga, & duabus sequentibus breuibus, vt Tempora. At Spondeus duplici longa, vt Montes. De quo supra velut obiter perstrinximus. Hoc carmen cæsuras, hoc est, Sæctiones recipit. Et Cæsura est quædam pedum intersectio. Ita vt eorum pars ad præcedētem dictionem, & pars ad sequentem referatur. Cuius species præcipuæ, sunt tres: Hemipenthemimeris, quando post vnum pedem, vna syllaba manet, quæ

quæ partem orationis finiat. Penthemimeris, quando post duos pedes. Heptemimeris, quando post tres, vt Arma virumq; cano, Troiæ qui primus ab oris. Notabis tamen syllabam breuem, cæsura longam fieri. Vergi. in Æglo. Omnia vincit amor, & nos cedamus amori. Qua licentia minimè vtêris, præterquam in Poëmate longo. Item quòd quando Spondeus, in quinto loco pro Dactilo apponitur, carmen dicitur Spondaicum. Vergi. in. 1. Georgi. Ante tibi Eoæ, Atlantides abscondantur.

De carmine Pentametro.

HOc carmen dicitur Pentametrum, à numero quinque pedum, duo primi pedes, possunt esse Dactili, vel Spondei, post quos sequitur cæsura Penthemimeris, quæ semipedem facit. Duo postremi pedes sunt Dactili. Post quos fit eadem cæsura, quæ etiam semipedem facit. Verùm illa potest esse, aut syllaba longa, aut breuis quoniam omnis syllaba in fine carminis, est indifferens. Ouidi. in. 1. Episto. Vix priamus tanti, totaque Troia fuit.

De Accentu.

ACCENTVS est, quidam modus, quo syllaba aut eleuatur, aut deprimitur, aut partim eleuatur, aut partim deprimitur. Eleuatur accentu acuto. Deprimitur graui, vt Gèntes. At partim eleuatur, & deprimitur accentu circumflexo, vt môs. Sed hæc sublatio syllabæ, vel depresſio, fit sub diuersis temporis spatijs: quoniam hic accentus semper sedet in syllaba, quæ est longa natura.

¶Accentus sunt tres, Acutus, Grauis, & Circumflexus. Grauis est syllabicus. Acutus, & circumflexus, sunt dictionum accentus, quoniam illas moderantur.

Regulæ Accentus de dictionibus Monosyllabis.

Omnis

OMNIS dictio vnius ſyllabæ, longa natura, ſemper afficitur accentu circumflexo, vt Rôs, Flôs, quæ ſi breuis ſit, aut longa poſitione, regetur accentu acuto, vt Vír, Póns.

De dictionibus Biſſyllabis.

QVÆLIBET dictio duarum ſyllabarum, quæ conſtat priori longa natura, & poſteriori breui, in priori habebit accentum circumflexum: vt Mûſa, in nominatiuo, & vocatiuo. Sed tamen ſi ſyllaba vtrâque longa, vel breui cōſtiterit: vt Múſa, in ablatiuo: Méus, aut denique priori breui, & altera longa, vt Déi, Méi, ſemper in priori ſyllaba accentum acutum ſortietur.

De dictionibus Polyſyllabis.

IN Dictionibus plurium ſyllabarum, ſemper à nobis ratio, tàm penultimæ ſyllabæ, quam vltimæ habebitur.

Eſt prima regula.

¶ Si vtráque ſyllaba fuerit breuis, Accentus acutus in antepenultimam migrabit, vt Erimus Eritis.

Secunda regula.

¶ Si vtráq; fuerit lõga, accentus acutus in penultima ſedebit, vt Amábas, Romános.

Tertia Regula.

¶ Quoties penultima eſt breuis, & ſequitur vltima longa, accentu acuto antepenultima afficitur, vt Dómini.

Quarta Regula.

¶ Vbi penúltima eſt longa natura, atque vltima breuis, in penultima, accentus circumflexus apponitur, vt Amabâmus, Amabâtis.

¶ Nonnulla tñ in fine huius tractationis, maxima obſeruatione digna eſſe vidẽtur. Primùm, nunquam dictio duarum ſyllabarum, accẽtum acutum in poſteriori habebit,

bebit, causa differētiæ, sed semper in priori, vt Sánè, Pórrò; Vná, Ergo cum ex adiunctis ambiguitas tollatur. Deinde semper ille accentus in dictionibus abscissis manebit, qui ante illarum abscissionēm erat, vt ô Mercuri, ô Vergili. Dehinc vbi præpositio anteponitur casui accētu graui afficitur. At si ei postponatur: accuitur, vt Trāstrapér. Insuper vltima interrogationis syllaba accui solet, vt Audistiné. Prætereà accētus acutus in vltimā præcedētis dictionis reijcitur ab his particulis, né, ué, q;, & alijs, & accentus grauis in illis sedebit, vt hominumquè, Deûmquè. Postremò, omnis dictio Hebræa (modò Hebraicè varietur) accutum ferè in fine seruabit, vt Abiá. Item omnis dictio Græca (dummodo Græcè inflectatur) suo accentu afficietur, vt Arcás. dos. Lampás. dos. (quæ si Latinè efferatur) accentu Latino regetur, vt Arcas. dis. Lámpas. dis.

FINIS LIbri Quinti: Ad laudē Dei, cui omnia accepta referimus.



TOLETI,
Excudebat Franciscus Guzmanus.
ANNO 1565.



et ti mu i. Psal. Ipsum. Seculorum a mē.
Aña. IN tim pa no & cho ro in cor
dis & or ga no lau da te Deum.
Lau